Romanus, Sophista
Romani Sophistae

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

ROMANVS SOPHISTA

ΠΕΡΙ ΑΝΕΙΜΕΝΟΥ

EDIDIT

W. CAMPHAVSEN

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

RHETORES GRAECI · VOLUMEN XIII

ROMANI SOPHISTAE

ΠΕΡΙ ΑΝΕΙΜΕΝΟΥ LIBELLUS

EDIDIT

WALTER CAMPHAUSEN

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXXII

Walter Camphausen pro patria mortuus est in Gallia die XXVII mensis Iulii MCMXVI. Ut editio, quam reliquerat, publici iuris fieret, sumptus facti sunt a Societate ad adiuvandas in Germania litteras condita.

H. Rabe.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

A. De codice V

Codex Vaticanus graec. 105, chartaceus, 250×168 mm, inter annos 1244 et 1254 exaratus est; legitur enim fol. 418r: ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος ἐπὶ τῶν χρόνων τοῦ φιλοχρίστου ἄνακτος Ἰωάννου τοῦ Δούκα [1222—1254] καὶ Ἄννης τῆς εὐσεβεστάτης Αὐγούστης, Μανουὴλ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πατριάρχου [1244—1255] παρὰ ἁμαρτωλοῦ μοναχοῦ Θωμᾶ κτλ. De codice paucis refert Rabe:

f. 1r—10r Aphthonii Progymnasmata.

f. 10r—31v Hermogenis *Τέχνη ῥητορικὴ περὶ τῶν στάσεων*.

f. 32r—151r Hermogenis *Τέχνη περὶ εὑρέσεως* cum commentario, cui inscribitur (m. 1) Τοῦ Δοξαπατροῦ· σχόλια εἰς τοὺς περὶ εὑρέσεως τόμους Ἑρμογένους τοὺς δ' ἐκ πολλῶν μοι βιβλίων φιλοπονηθέντα καὶ συναθροισθέντα καὶ εὐφυῶς τοῖς τοῦ τεχνικοῦ συναρμοσθέντα ῥητοῖς. Ἰωάννου τοῦ Δοξαπατροῦ. Inc.: Τὰς στάσεις [spatium cr. XI litt.] μεταβῆναι φήθη, = W VI 507 (non Doxapatris).

f. 151r—153r Ῥωμανοῦ σοφιστοῦ Περὶ ἀνειμένου· κανόνες.

f. 153v—363v Hermogenis *Περὶ ἰδεῶν λόγου* cum Doxapatris commentario (Rabe, *Rheinisches Museum* 62, 581 a. 1; 63, 130).

f. 363v—418r Hermogenis *Περὶ μεθόδου δεινότητος* cum commentario 'Τοῦ Κορίνθου εἰς τὸ Περὶ μεθόδου δεινότητος ἐξήγησις' (hoc commentarium, quod etiam in cod. Scoriacensi T. III. 10 legitur, est epitome commentarii Ioannis diaconi et logothetae; cf. Rabe, *Rheinisches Museum* 63, 512); media interposita sunt

f. 407r—409r = W VII 81—89, f. 409r—410r = W VII 77—80, 22,

f. 410r—413v *Μαξίμου Περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων* W V 577—590.

f. 418rv subscriptio.

Folia 151r—153r Rabe arte phototypica exprimenda curavit.

Leonem Allatium in animo habuisse Romani libellum edere efficitur ex indice Leonis Allatii *Συμμίκτων* libr. X, qui prodiit Romae 1668, repetitus a Legrand, *Bibliographie hellénique du XVIIième siècle II* (1894). Inter libellos, qui quinto *Συμμίκτων* libro continentur, legitur (p. 13; Legrand p. 226): „Romani sophistae *περὶ ἀνειμένου κανόνες.* Gr. L. P. *Οὐκ ἀγνοῶ μὲν ὡς τολμηρὸς καὶ περίεργος εἶναι δόξω.* Allatio Interp.“

Editus est libellus ab Ioanne Baptista Pitra, Analect. sacr. et classic. V 2 p. 310—313. Quam editionem summa neglegentia factam esse vel inde perspicitur, quod schedulae in edendo libello Pitrae confusae videntur atque alia in alium locum lapsa esse, cum verba p. 3, 1 *εἰς ὑπερβολὴν παίζει* usque ad 3, 22 *ὡς Ἰσοκράτης τὸν Εὐαγόραν* falso ante verba 1, 20 *Πέλοψ σκῆπτρον κρούει* collocata sint.

B. De Ioanne episcopo Sardiano

Usus est Romani libello solus, quantum scio, Ioannes Sardianus, qui saeculo X commentarium in Aphthonii Progymnasmata composuit[1]). Ad Aphth. II 47, 5 Sp. haec exponit: «*Ἐκφράζοντας δὲ δεῖ τόν τε χαρακτῆρα ἀνειμένως ἐκφέρεσθαι καὶ διαφόροις ποικίλλειν.*» *Χαρακτῆρ, φησί, κατὰ τὴν γυμνασίαν τῶν νέων ἁρμόζει ταῖς ἐκφράσεσιν ὅ τε ἡδὺς καὶ ἀνειμένος ἄνευ περιόδων καὶ ἐνθυμημάτων· ταῦτα γὰρ τοῖς συντόνοις ἀπομεμέρισται. δεῖ δὲ* (= Roman. 1, 17) — *χρησμούς* (= 3, 17). Textus a Sardiano servatus (Vω = Vat.

1) Cf. Nicolai Progymnasmata, ed. Felten, p. XIV. Sardiani commentarium descripsit Rabe.

1408 saec. XV; Wc = Vindob. 130 saec. XIII—XIV) non integer est, sed in brevius contractus (1, 21; 2, 3; 7—13; 15; 18; 19—3, 7; 12—13); Vω pluribus corruptelis inquinatus est quam Wc.

C. De Romani aetate

De scriptore nil traditum est, nisi quae ex hoc libello discimus. Ex nomine Romani nequit colligi, quo tempore vixerit. In litteris quidem Graecis ante saeculum quintum et sextum p. Ch. n. eius nominis viri non videntur valuisse; eis autem temporibus praeter grammaticum, Ioannis Philoponi magistrum, ille quoque tribuendus videtur Romanus *μελῳδός* praeclarissimus, cuius memoria adductum Pitra Anal. Sacr. V 2, 310 a. 1 sese hunc libellum edidisse dicit. — Maioris ad aetatem definiendam momenti est vox *σοφιστής*, qua impedimur, ne fines saeculi sexti transgrediamur: saeculo septimo non iam erant sophistae nec videtur postea inde a Photii aetate quisquam e viris doctis id nomen gessisse; decimo autem saeculo Ioannes Sardianus Romani libello usus est, cf. cap. B. — Dixerit quispiam nil inesse, quod auctorem Christianum fuisse demonstret, immo etiam obstare, quod III 14 sidera et quattuor elementa in deis habeat. At hoc solo argumento niti non licet; multos enim habemus libros a Christianis conscriptos, quibus nihil inest, quo quis adducatur, ut Christiani esse librum putet. Nec quicquam inde lucramur, quod *ὀκτὼ τοὺς πάλαι θεούς* affert. Herod. II 145 *τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν* idem significat. Christianam autem fidem vix sapiunt verba 7, 10 *ἄνωθεν δωρεᾶς*.

Agitur *περὶ ἀνειμένου*, scil. *χαρακτῆρος*, cui oppositus est *ὁ σύντονος χαρακτήρ*.[1]) Scriptor in praefatione declarat antea *ἀνειμένον* ad artem et praecepta revocatum non esse. Quamquam tali modo plerique rhetores gloriantur[2]), tamen ad

1) Apud Latinos 'remissus' et 'contentus' vocabula his respondent; nos dicimus *schlaff* et *straff*.
2) Cf. Hermogenes, ed. Rabe, p. VIII—IX.

aetatem definiendam magni est momenti perscrutari, quo ex tempore vocabula *ἀνειμένος* et *σύντονος* apud rhetores usurpentur quaque ratione cum apud singulos, tum, si omnes una spectamus, in universum explicata sint.

Ad voces *σύντονος* et *ἀνειμένος* explicandas atque originem earum indagandam significationumque varietatem et mutationem demonstrandam non pauca contulit Paulus Hanschke in dissertatione „De accentuum Graecorum nominibus", Bonnae 1914. Is primus de voce *τόνος* uberius disseruit p. 31 sq. atque ita, ut mihi brevissime de eius disputatione referre liceat. Videmus vocem *τείνειν* (*ἐν-*, *ἐπι-*, *συν-*) de loris, funibus, arcu, nervis proprie usurpari, transferri inde a nervis hominum ad ea exprimenda, quaecumque vi, fortitudine, studio et agunt et aguntur. Similiter *ἐπιτείνειν* et *ἀνιέναι* voces (*ἐπίτασις*, *ἄνεσις*) primum de nervis usurpatae, de spiritu intercorporeo, ut Hanschkii verbis utar, ad omne incrementum, praesertim in rebus valde motis, vehementibus, vel relaxationem significanda omnemque motum inaequalem notandum translatae sunt[1]). Proprie deinde usurpantur de chordis lyrae; inde et ad musicam pervenerunt et ad sonos vocemque in universum designanda magnamque his in finibus vim atque auctoritatem consecutae sunt[2]). Substantivum autem *τόνος* ut vim tensionis retinuit, ita praecipue translate adhibebatur, ut synonyma essent *ὄρεξις*, *συντονία*, *πάθος*, *δριμύτης*, *ἰσχύς*, *ἀνδρεία*, *στοχασμός* sim. (Hanschke p. 33). Quam vocem rhetores in deliciis habuisse cum aliis tum Dionysii Halicarnasensis docemur scriptis, unde et Hanschke multos affert locos et Geigenmueller (Quaestiones Dionysianae de vocabulis artis criticae; diss. Lips.

1) In figuris Phoebammon III 47, 32 Sp. *ἐπίτασιν* affert: *ἐπίτασις δέ ἐστιν ἐπιμονῆς μὲν εἶδος οὐκ ἐπίσης δὲ δηλοῦν τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' ἐξαλλαγὴν ἔχον ἐπὶ τὸ μεῖζον· ὡς ἵνα εἴπω περὶ εὐσωματοῦντος διαλεγόμενος καὶ μεγάλου, ὅτι κίων ἐστὶ τῷ μεγέθει, ὅτι ὄρος ἐστίν.*

2) A Philostrato *ἐπίτασις* vocabulum de pronuntiatione usurpatur Vit. soph. II 31 p. 123, 18 K.: *ἐντυχὼν δέ ποτε αὐτῷ Φιλόστρατος ὁ Λήμνιος βιβλίον ἔτι πρόχειρον ἔχοντι καὶ ἀναγιγνώσκοντι αὐτὸ σὺν ὀργῇ καὶ ἐπιτάσει τοῦ φθέγματος κτλ.*

1908, p. 64) ea sumpsit, quae in voce *τόνος* affert. Exempla autem omnia, quae illi habent, ut non afferam, ita unum locum, quippe quo optime illustretur, quatenus rhetores voce *τόνος* usi sint, exscribam De subl. 9, 13: *ὅθεν ἐν τῇ Ὀδυσσείᾳ παρεικάσαι τις ἂν καταδυομένῳ τὸν Ὅμηρον ἡλίῳ, οὗ δίχα τῆς σφοδρότητος παραμένει τὸ μέγεθος. οὐ γὰρ ἔτι τοῖς Ἰλιακοῖς ἐκείνοις ποιήμασιν ἴσον ἐνταῦθα σῴζει τὸν τόνον, οὐδ' ἐξωμαλισμένα τὰ ὕψη καὶ ἰζήματα μηδαμοῦ λαμβάνοντα, οὐδὲ τὴν πρόχυσιν ὁμοίαν τῶν ἐπαλλήλων παθῶν, οὐδὲ τὸ ἀγχίστροφον καὶ πολιτικὸν καὶ ταῖς ἐκ τῆς ἀληθείας φαντασίαις καταπεπυκνωμένον κτλ.* Etsi igitur vocabulum *τόνος* (Lat.: nervus, aculeus) apud rhetores in usu erat, tamen adeo non in usum proprium eorum venit, ut in universum tantum spectaret[1]) atque, cum per se stare non posset, semper fere coniungeretur cum vocabulo alio (velut *πικρία, ἰσχύς, βάρος*), quo quasi explicetur atque definiatur; *σύντονος* autem et *ἀνειμένος* vocabula cum circumscriptum et definitum obtineant locum, ita ut facta aliquando per omnia tempora vigeant atque multorum in usum arripiantur, vel inde ex vocis *τόνος* usu explicari non posse patet, quomodo in hunc artis vocabulorum locum pervenerint. Neque magis in hanc facit quaestionem, quod vocabula *ἄτονος* (*ἀτονία*), *εὔτονος* (*εὐτονία*) sim. saepius occurrunt[2]), velut apud Dionys. Hal. De imit. VI 3, 2 (II 209, 3 Us.-R.) *εὔτονος* legitur coniunctum cum *στρογγύλος, πυκνός, ἐναγώνιος*; VI 2, 3 (II 204, 16

---

1) Apud Dionysium eam orationem, quae sententiis et affectibus densa sit, videri *τόνον* habere Geigenmueller dicit p. 64.

2) Idem valet de verbo *τονοῦν*, quo rhetores Byzantini nonnumquam utuntur; cf. Michael Psellus De Gregorii theologi charactere, ed. Mayer, *Byzantinische Zeitschrift* 20 [1911] 57, 1: *οὐδαμοῦ δὲ τὴν φιλόσοφον ἀφίησιν ἔννοιαν, ἀλλὰ πανταχοῦ κατασπείρει τοῖς λόγοις, ἵν' ἐκεῖ μὲν τονώσῃ τὸ λεῖον, ἐνταῦθα δὲ χαλάσῃ* (Kurtz; *καλήσῃ* vel *κολάσῃ* codd.) *τὸ εὔτονον*; Theod. Metoch. p. 143 M.-K.: *ὑποχαλῶν ὅλως εἰς τὸ ὕπτιον καὶ λιτότητι, ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς οἰκειούμενον* (sc. Dio Prus.) ... *Συνεσίῳ γὰρ τοὐναντίον ἡ φωνὴ καθάπαξ τετόνωται καὶ φεύγει μᾶλλον ἀπάσῃ σπουδῇ καὶ πᾶσι τρόποις τὸ ἔθιμον κτλ.* (cf. 146 ex.; 147 m.; 114 m.; 478).

Us.-R.) εὐτονία cum ἀγωνιστικὴ τραχύτης; De Dem. 20 (I 169, 16 Us.-R.) ἄτονος oppositum στρογγύλος, quae vocabula ad compositionem pertinere demonstravit Geigenmueller p. 91, 92, 74, 75, qui etiam synonyma multa attulit. De periodo Ps.-Hermogenes quoque ἀτονία vocabulum usurpat Π. εὑρ. 179, 1 R.: ἀτονία δὲ ῥήτορος τὴν ἀπόδοσιν τῆς περιόδου μακροτέραν ποιῆσαι τῆς προτάσεως; neque magis a Dionysio differt, quod πνεῦμα εὔτονον vocatur Π. εὑρ. 186, 5: συνδεῖται δὲ τὸ πνεῦμα καὶ συντίθεται μάλιστα καὶ εὔτονον γίνεται τοῖς συνεχέσι συνδέσμοις τοῖς συμπλεκτικοῖς. Latiores autem fines apud Hermogenem habent vocabula εὐτονία (Π. ἰδ. I 11 p. 293, 10 R.: εὐτονία καὶ δύναμις) et ἄτονος (II 11 p. 399, 8: καὶ δι' ὀλίγου μέν ἐστιν ⟨Αἰσχίνης⟩ ἐπιμελής, ἀμελέστερος δὲ καὶ ἀτονώτερός πως). Ad compositionem rursus referenda sunt Apsinis verba I 2 p. 282, 11 Sp.-H.: ἢ πλαγιασμὸς ἐπάγεται, ὃς ποιεῖ εὐτονίαν ... ἢ ἄλλο τι τῶν γοργῶν σχημάτων· τίθεται δὴ κατὰ πλαγιασμὸν ἢ κατὰ συστροφὴν καὶ τόνον λαμβάνει. Apud Anonymum Seguerianum ἄτονος occurrit ad σύνθεσιν pertinens § 139: τὸ γὰρ μὴ συνημμένον καὶ ἁπλοῦν καὶ ἀμβλὺ καὶ ἄτονον .., generaliter autem usurpatum § 244: οὐ μήν, φησίν, ἐπειδὴ τὸ παρατετραμμένον καὶ παράθερμον παραιτούμεθα, ἄτονον καὶ νωθρὸν εἶναι δεῖ τὸν λόγον. Ex Photii Vita Aeschinis affero (Bibl. cod. 61 p. 20^b 8; cf. Caecilii fr. 128 Ofenloch): περὶ τὴν τῶν λόγων σύνθεσιν οὔτε ἄγαν ἄτονος ὥσπερ Ἰσοκράτης, οὔτε πεπιεσμένος καὶ συνεσφιγμένος ὥσπερ Λυσίας, πνεύματι δὲ καὶ τόνῳ οὐδὲν Δημοσθένους ἀπολείπει; addo cod. 265 p. 491^b 29 (fr. 144 Of.): μαρτυρία δὲ τοῦ Δημοσθενικὸν εἶναι τὸν λόγον καὶ ὁ πλαγιασμὸς καὶ ἡ συνέχεια τῶν περιόδων καὶ ἡ εὐτονία (cf. Geigenmueller p. 65 a. 1). Eodem modo Ioannes Siculus his vocibus usus est, qui εὔτονος vocabulum coniungit cum στρογγύλος, συνεστραμμένος sim., de Demosthenis charactere cum disputet VI 478, 3 W.; idem figuras imprimis spectat, cum ἄτονος vocem afferat VI 129, 13 sq.[1]) Etsi

1) Ad λόγον universum, non ad partem certam atque definitam, quod supra ubique fere vidimus, ἄτονος vocabulum re-

igitur in propatulo est verba *εὔτονος* et *ἄτονος* idem fere significare atque *σύντονος* et *ἀνειμένος*, tamen ad haec ipsa explicanda non adiuvant. Inquiramus igitur accurate per temporum ordinem in usum sermonis.

Pratinam his vocabulis usum esse testatur Athenaeus XIV 624 F: *μήτε σύντονον δίωκε μήτε τὰν ἀνειμέναν Ἰαστὶ μοῦσαν, ἀλλὰ τὰν μέσαν νεῶν ἄρουραν αἰόλιζε τῷ μέλει.* Haec ad musicam aperte pertinent, sicut etiam Plat. Reip. III 398 E. Cf. Timothei Pers. 181: *σύντονος δ' ἁρμόζετο Ἀσιὰς οἰμωγά.* Neque aliter res se habet apud Aristotelem Pol. Θ 7 p. 1342^b 20: *ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὡρισμένα ταῖς ἡλικίαις, οἷον τοῖς ἀπειρηκόσι διὰ χρόνον οὐ ῥάδιον ᾄδειν τὰς συντόνους ἁρμονίας, ἀλλὰ τὰς ἀνειμένας ἡ φύσις ὑποβάλλει τοῖς τηλικούτοις* (cf. Hanschke p. 66). Deinde Theophrastum iis usum esse testatur Cicero De or. III 48, 184: „Namque ego illud adsentior Theophrasto, qui putat orationem, quae quidem sit polita atque facta quodammodo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere". Quae verba cum ad numeros et compositionem orationis pertineant, musicae fines non relinquunt. Neque magis a musica remotum est, quod apud Auct. ad Her. de pronuntiatione vocabula contentus et remissus usurpantur III 13, 23: „Mollitudo vocis, quoniam omnis ad rhetoris praeceptionem pertinet, diligentius nobis consideranda est. Eam dividimus in sermonem, contentionem, amplificationem. Sermo est oratio remissa et finitima cotidianae locutioni. Contentio est oratio acris et ad confirmandum et ad confutandum adcommodata." 12, 21: „et in continuo clamore remittere et ad sermonem transire oportet"; 22: „conservat vocem continui clamoris remissio".

Ad *ὑπόκρισιν* pertinent Philodemi verba I 198, 4 Sudh., qui *ἐπίτασις* et *ἄνεσις* vocabula de *τόνῳ* usurpat[1]).

---

fertur apud Eunapium Vit. Epiphanii p. 493, 47 ed. Paris.: *τὸν δὲ λόγον ἀτονώτερος*, et Marcellin. Vit. Thuc. 44: *ὁ λογισμὸς ἀτονώτερος εἶναι φιλεῖ.*

1) Cf. schol. ad Dion. Thrac. 136, 31 Hilg.: *καὶ ἄνεσιν μὲν εἶναι λέγει, ἡνίκα ἂν ἀπὸ ὀξυτέρου τόνου ἐπὶ βαρύτερον ἡ φωνὴ χωρῇ, ἐπίτασιν δέ, ὅταν ἐκ βαρυτέρου μεταβαίνῃ πρὸς ὀξύτερον.*

Apud Ciceronem quoque vox et soni spectantur De or. I 61, 261 „contentiones vocis et remissiones"; III 61, 227: „Deinde est quiddam contentionis extremum, quod tamen interius est quam acutissimus clamor, quo te fistula progredi non sinet, et iam ab ipsa contentione revocabit. Est item contra quiddam in remissione gravissimum quoque tamquam sonorum gradibus descenditur"; 60, 225: „. . . qui inflaret celeriter eum sonum, quo illum aut remissum excitaret aut a contentione revocaret"; I 60, 254 (de Roscio); Brut. 91, 313. Numeros vero Ciceronem quoque his significare ex eo apparet, quod De or. III 48, 184 Theophrasto assentitur (v. s.). Inter multa alia dicendi genera Ciceronem etiam remissius habere perspicitur De or. II 23, 95: „alia quaedam dicendi molliora ac remissiora genera viguerunt"; I 60, 255, ubi opponitur „vis et contentio" et „sermone . . intentiore"; Brut. 92, 317.

Caecilium vero Calactinum ut transire licet, quippe cuius in fragmentis iis, quae nomine ipso Caecilii allato ab omni dubitatione remota sunt — reliqua fere omnia incerta sunt atque lubrica —, nihil eiusmodi occurrat, ita apud Dionysium Halic. a musica quasi proficisci videmus vocabula *σύντονος* et *ἀνειμένος* Demosth. c. 2 (I 130, 25 Us.-R.), quo loco non de sermone ipso, sed de sermonis vi agitur: *καὶ ὅνπερ ἡ νήτη πρὸς ὑπάτην ἐν μουσικῇ λόγον ἔχει, τοῦτον ἡ Λυσίου λέξις ἐν πολιτικῇ διαλέκτῳ πρὸς τὴν Θουκυδίδου. ἣ μὲν γὰρ καταπλήξασθαι δύναται τὴν διάνοιαν, ἣ δὲ ἡδῦναι, καὶ ἣ μὲν συστρέψαι καὶ συντεῖναι τὸν νοῦν, ἣ δὲ ἀνεῖναι καὶ μαλάξαι.* Ad Demosthenis dictionem describendam una cum multis aliis vocabulis inter se oppositis inveniuntur etiam *σύντονος* et *ἀνειμένος* vocabula Demosth. c. 8 (143, 16 Us.-R.): *ἐξ ἁπάντων δ' αὐτῶν ὅσα κράτιστα καὶ χρησιμώτατα ἦν, ἐκλεγόμενος συνύφαινε καὶ μίαν ἐκ πολλῶν διάλεκτον ἀπετέλει, μεγαλοπρεπῆ λιτήν, περιττὴν ἀπέριττον, ἐξηλλαγμένην συνήθη, πανηγυρικὴν ἀληθινήν, αὐστηρὰν ἱλαράν, σύντονον ἀνειμένην, ἡδεῖαν πικράν, ἠθικὴν παθητικήν.*

Latini ultra fines, qui a Cicerone constituti erant, non sunt progressi. Quorum alios, velut Senecam patrem (Contr. III

praef. 7: „phrasin non vulgarem nec sordidam, sed electam, genus dicendi non remissum aut languidum, sed ardens et concitatum“) et filium (Epist. 115, 1, 2: „nimis anxium esse te circa verba et compositionem nolo ... cuiuscumque orationem videris sollicitam et politam, scito animum quoque non minus esse pusillis occupatum: magnus ille remissius loquitur et securius“) quippe qui non sint ita magni momenti, commemorare tantum satis erit. Sed ne apud Quintilianum quidem nova occurrunt. Vocabula intentus et remissus inveniuntur artis vocabulorum ratione opposita ad pronuntiationem explicandam Inst. or. XI 3, 17: „utendi voce multiplex ratio. nam praeter illam differentiam, quae est tripertita, acutae, gravis, flexae, tum intentis tum remissis ... modis opus est“. De compositione agitur IX 4, 9: „quare mihi compositione velut amentis quibusdam nervisve intendi et concitari sententiae videntur“; X, 1, 76: „... tam densa omnia, ita quibusdam nervis intenta sunt“; IX 4, 20 (de soluta): „... ut potius laxiora in his vincla quam nulla sint“. Inde a pronuntiatione atque compositione sicuti apud Ciceronem transferri sane quodammodo coepta sunt; sed in his eadem res est, quae apud Ciceronem: a Romani *συντόνῳ* et *ἀνειμένῳ* multum absunt. Denique addo Iul. Vict. 442, 9 Halm: „vocis quoque ipsius sonus neque acutus neque nimis remissus sectandus est: namque ut in nervis ita et in voce quo remissior, hoc gravior et plenior; quo intentior, hoc tenuis et acuta magis est. ita imus vim non habet, summus rumpi periclitatur; et idcirco mediis utendum sonis, ex quibus sit et excitandae intentioni et submittendae facultas.“

In libello De subl. 18, 1 *σύνθεσις* spectatur: *τί δ' ἐκεῖνα φῶμεν, τὰς πεύσεις τε καὶ ἐρωτήσεις; ἆρα οὐκ αὐταῖς ταῖς τῶν σχημάτων εἰδοποιίαις παρὰ πολὺ ἐμπρακτότερα καὶ σοβαρώτερα συντείνει τὰ λεγόμενα;* sicuti etiam Dionis Chrysost. XVIII 10 p. 253, 28 Arn. *τὸ ὕπτιον καὶ ἀνειμένον τῆς ἀπαγγελίας* Ephoro tribuitur. Neque aliter ea sunt intellegenda, quae paulo ante de Herodoto dicit Dio 253, 21: *τὸ γὰρ ἀνειμένον καὶ τὸ γλυκὺ τῆς ἀπαγγελίας ὑπόνοιαν παρέξει κτλ.*

Quae etsi propter vocem *γλυκύ* latius accipi possunt neque de compositione sola dicta esse videntur, tamen ad illa verba, quae supra attuli, prope accedunt: utroque loco *ἀπαγγελία ἀνειμένη* audit[1]). Magis in hanc quaestionem faciunt, quae ex Demetrii De eloc. libello discimus § 19: *τρία δὲ γένη περιόδων ἐστίν, ἱστορική, διαλογική, ῥητορική. ἱστορικὴ μὲν ἡ μήτε περιηγμένη μήτ᾽ ἀνειμένη σφόδρα, ἀλλὰ μεταξὺ ἀμφοῖν, ὡς μήτε ῥητορικὴ δόξειεν καὶ ἀπίθανος διὰ τὴν περιαγωγήν, τὸ σεμνόν τε ἔχουσα καὶ ἱστορικὸν ἐκ τῆς ἁπλότητος* . . . (20) *τῆς δὲ ῥητορικῆς περιόδου συνεστραμμένον τὸ εἶδος καὶ κυκλικὸν καὶ δεόμενον στρογγύλου στόματος καὶ χειρὸς συμπεριαγομένης τῷ ῥυθμῷ* . . . (21) *διαλογικὴ δέ ἐστιν περίοδος ἡ ἔτι ἀνειμένη καὶ ἁπλουστέρα τῆς ἱστορικῆς καὶ μόλις ἐμφαίνουσα, ὅτι περίοδός ἐστιν, ὥσπερ ἡ τοιάδε· „κατέβην χθὲς εἰς τὸν Πειραιᾶ“ μέχρι τοῦ „ἅτε νῦν πρῶτον ἄγοντες“. ἐπέρριπται γὰρ ἀλλήλοις τὰ κῶλα ἐφ᾽ ἑτέρῳ ἕτερον, ὥσπερ ἐν τοῖς διαλελυμένοις λόγοις, καὶ ἀπολήξαντες μόλις ἂν ἐννοηθεῖμεν κατὰ τὸ τέλος, ὅτι τὸ λεγόμενον περίοδος ἦν. δεῖ γὰρ μεταξὺ διῃρημένης τε καὶ κατεστραμμένης λέξεως τὴν διαλογικὴν περίοδον γράφεσθαι, καὶ μεμιγμένην ὁμοίαν ἀμφοτέροις.* Habemus *ἀνειμένος* vocabulum coniunctum cum *ἁπλοῦς*, quibus oppositum est *περιηγμένος* (*περιαγωγή*), quod ipsum § 20 explicatur *συνεστραμμένον τὸ εἶδος καὶ κυκλικόν* (opp. *ἁπλοῦν*), accedens vero ad *διῃρημένην λέξιν*, quae *κατεστραμμένῃ* opponitur 21, quod *ἐπέρριπται τὰ κῶλα* . . . *ὥσπερ ἐν τοῖς διαλελυμένοις λόγοις* (cf. Caecilii fr. 139 Of.). *Συνεστραμμένον* vero ad *σύντονον* prope accedere Dionysii Halic. scriptis (v. p. X) docemur. *Σύντονος* igitur et *ἀνειμένος* eodem fere modo inter se opponi apparet, quo apud Aristotelem *τὴν κατεστραμμένην λέξιν τῇ εἰρομένῃ*[2]), Rhet. III 9 p. 1409 a

1) Simillimus est locus Hermogenis *Π. ἰδ.* II 1 p. 312, 7 R.: *γοργότητι γὰρ ἐναντίον τὸ ἀνειμένον καὶ ὕπτιον* (v. p. XIV); ad Ephorum autem pertinent Suidae verba s. v. *Ἔφορος*: *τὴν δ᾽ ἑρμηνείαν τῆς ἱστορίας ὕπτιος καὶ νωθρὸς καὶ μηδεμίαν ἔχων ἐπίτασιν.* [Cf. W. Schmid, *Rheinisches Museum* 72, 145; 246 sq.]

2) Quae vocabula ex arte poetica desumpta esse ipse testatur, cf. Blass, *Die attische Beredsamkeit*, I² 133.

24: *τὴν δὲ λέξιν ἀνάγκη εἶναι ἢ εἰρομένην καὶ τῷ συνδέσμῳ μίαν, ὥσπερ αἱ ἐν τοῖς διθυράμβοις ἀναβολαί, ἢ κατεστραμμένην καὶ ὁμοίαν ταῖς τῶν ἀρχαίων ποιητῶν ἀντιστρόφοις.*

Rhetor autem ille, cuius „Arti" Aristidis nomen iniuria[1]) praefixum est, cum *πολιτικόν* et *ἀφελῆ λόγον* inter se opponat, re vera a Romano non iam multum distat, immo *σύντονος* et *ἀνειμένος* vocabula ab eo de schematibus usurpantur, velut II 513, 16 Sp.: *τὰ δὲ σχήματα ἐν μὲν τῷ πολιτικῷ λόγῳ τραχέα ἐστί, σφοδρά, ἐλεγκτικά, βίαια, ἐν δὲ τῷ ἀφελεῖ ἀνειμένα, ἁπλᾶ, μηδένα ἔλεγχον μηδὲ ἐξέτασίν τινα ἐμφαίνοντα, ἀλλὰ κοινότερα καὶ ἀναπεπτωκότα· οὕτω γὰρ ἐκεῖνα ποιεῖ σύντονον τὸν λόγον καὶ πολιτικόν, ταῦτα δὲ ἀφελῆ, ὡς ἂν ἰδιωτικὰ καὶ ὁμιλητικὰ ὄντα.* 517, 21: *κατὰ δὲ σχῆμα σχήματι ἀνειμένῳ· οὐ γὰρ διατεινόμενος ἂν ἐποίησεν ... οὐχ οὕτως οὖν προήγαγεν, ἀλλ' ἀνειμένῳ τῷ σχήματι καὶ ἐξηλλαγμένως „ἀλλ' ἔμοιγε δοκεῖ", εἶτα κατὰ τὸ ἰδίωμα τοῦ λόγου ἤθους ἐχόμενα καὶ τὰ ὀνόματα „τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν". καὶ πάλιν φησὶν „ὡς δὲ ἱπποδρομία ἔληξεν". ἀνειμένον δὲ καὶ ἀναπεπτωκὸς εἶναι δοκεῖ τὸ σχῆμα, πολιτικὸς δ' ἂν οὐχ οὕτως ἐποίησεν, ἀλλὰ συντονώτερον 'ὅποι δὴ ἱπποδρομία ἔληξεν', ἢ τοιούτῳ τινὶ τρόπῳ.* 533, 19: *πολλῷ δὲ συγγραφικώτερον τὸ ὀρθοῦν ἐν τοῖς σχήμασι καὶ μὴ πλαγιάζειν, τὸ δὲ πλαγιάζειν τῶν πολιτικῶν ἐστι· σεμνότητα γὰρ καὶ περιβολὴν ἔχει ... ἀνειμένον δὲ τοῦτο καὶ ἀναπεπτωκὸς εἶναι δοκεῖ. ὁ δὲ πολιτικὸς οὐχ οὕτως ἂν ἐποίησεν, ἀλλὰ συντονώτερον 'ἐπειδὴ δὲ ἡ ἱπποδρομία ἔληξεν'. ὥσπερ δὲ ὁ πολιτικὸς συνειλκυσμένος ἐστὶ καὶ συνειληφὼς τὰ νοήματα, οὕτως ὁ ἀφελὴς ὕπτιος καὶ ἀποτεταμένος.* Addo Aristidem in oratione *Ὑπὲρ τῶν τεττάρων* II 157 Dind. coniungere *ἀφελῶς καὶ ἀνειμένως*. *Σύνθεσιν* autem atque eam quam latissime acceptam rhetor ille *σχῆμα* voce significat, quae quatenus spectetur, exempla ipsa clamant. Uno tantum loco ad universum dicendi genus significandum *σύντονος* vocabulum videtur usurpatum esse 513, 20: *οὕτω γὰρ ἐκεῖνα ποιεῖ σύντονον τὸν λόγον καὶ πολιτικόν*, sed *πολιτικός* latiores fines

---

[1) W. Schmid, *Die sogenannte Aristidesrhetorik*, *Rheinisches Museum* 72 [1918] 113—149, 238—257.]

habet, cum *σύντονος* per se non stet. Quin etiam summi est momenti *σύντονος* et *ἀνειμένος* vocabula synonymis aut vocibus oppositis explicari; leguntur ab altera parte *σύντονος, τραχύς, σφοδρός, ἐλεγκτικός, βίαιος, διατεινόμενος, πολιτικός, συνειλκυσμένος*; ab altera parte stant *ἀνειμένος, ἁπλοῦς, μηδένα ἔλεγχον μηδὲ ἐξέτασίν τινα ἐμφαίνων, ἀλλὰ κοινὸς καὶ ἀναπεπτωκώς, ἀφελής, συγγραφικός, ὕπτιος, ἀποτεταμένος.* Inde primum apparet, quomodo mixta sint omnia neque accurate distincta, tum maxime perspicitur apud rhetorem illum, qui aequalis fere Aristidis fuisse videtur, *σύντονος* et *ἀνειμένος* nondum in eum locum transisse, quem obtinent apud Romanum. Sed ea, quae apud Romanum perfecta videntur, inde a rhetoris illius temporibus incohata sunt: qui cum primus *πολιτικῷ λόγῳ τὸν ἀφελῆ*, qui pari utatur iure, opponat, revera a Romano haud multum distat.

Apud Hermogenem *σύντονος* (*συντονία*) non legitur, cum *ἀνειμένος* vocabulum in libro *Π. ἰδ.* septies exstet. Quomodo Hermogenes *ἀνειμένος* vocem intellegi velit, perspicitur II 1 p. 312, 3 R.: *καλὸς μὲν οὖν ἅμα ὄγκῳ καὶ ἀξιώματι λόγος καὶ ἔτι σαφὴς ὅπως γίνεται, ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰρήκαμεν· δεῖ δὲ τῷ τοιούτῳ λόγῳ πάντως καὶ γοργότητος, ἵνα μὴ ἀργὸν αὐτῷ καὶ σαφὲς μόνον τὸ μέγεθος ᾖ καὶ τὸ κάλλος, ἀλλὰ καὶ γοργόν· γοργότητι γὰρ ἐναντίον τὸ ἀνειμένον καὶ ὕπτιον.* Coniunctum legitur *ἀνειμένος* cum *ὕπτιος*; *ὕπτιος* autem ad compositionem pertinere et ex Hermogenis loco *Π. ἰδ.* I 11 p. 294, 17 R. apparet et ab aliis velut Ps.-Aristide (supra p. XIII) et Dionysio Halic. (Geigenmueller p. 96) ita usurpatum esse constat. Pertinet igitur *ἀνειμένος* ad compositionem; cf. etiam *Π. ἰδ.* I 1 p. 219, 14 R.: *συνθήκη δὲ κατὰ μὲν τὰ τοῦ λόγου μέρη μᾶλλον ἡ ἀνειμένη διὰ τὴν τοιαύτην λέξιν, οὐ μὴν ἥ γε διεστηκυῖα πάντῃ· δεῖ γάρ τι καὶ κατὰ τὸν ῥυθμὸν ἔχειν τὴν γλυκύτητα ἡδονῆς.* Una autem cum aliis vocabulis occurrit II 5 p. 339, 21 (*ἁπλῶς καὶ ἀνειμένως*), II 9 p. 376, 13 (coni. *ἠθικός*), ib. 17 (*ἠθικῶς καὶ ἀφελῶς καὶ ἀνειμένως*), ib. 18 (*μὴ ἀνειμένως μηδ' ἀφελῶς*).

In Apsinis Arte *σύνθεσις ἄνετος* tractatur I 2 p. 326, 25 Sp.-H.: *τὸ πάθος πολὺ μὲν ἐν ποιήσει τῇ τραγικῇ, ἥξει δέ*

ποτε καὶ εἰς τὸν πολιτικόν, ὅταν πόλει ἢ προσώπῳ τινὶ τῶν παρ' ἀξίαν συμβάντων κακῶν μνημονεύσῃς, οἷα τὰ περὶ Φωκέας. τὴν δὲ λέξιν δεῖ εἶναι ἄπλαστον καὶ ἀκαλλώπιστον (τὸ γὰρ καλλωπίζειν οὐ τοῦ θρηνοῦντος), τὴν δὲ σύνθεσιν μᾶλλον ἄνετον, τὰ δὲ σχήματα γοργότερα καὶ ἀκμαιότερα.

De pronuntiatione loquitur Longinus I 2 p. 195, 17 Sp.-H.: ἄσκει δὲ αὐτὸ θεώμενος τοὺς ἐν τοῖς ἀληθινοῖς πράγμασιν ὁτιοῦν λέγοντας καὶ μετὰ τοῦ πάσχειν τριβομένους καὶ διατεινομένους ἐν τῷ διαλέγεσθαι, ἢ τοὐναντίον ἀνιεμένους καὶ πραϋνομένους καὶ πράξεως μετρίως μεταλαμβάνοντας; de corporis habitu p. 196, 12: τὸ σχῆμα τοῦ σώματος μετὰ τῆς χειρὸς σύντονον καὶ δριμὺ βλέποντα πρὸς τοὺς δικαστὰς καὶ συναποκλινόμενον αὐτὸν ταῖς τῆς πειθοῦς μεταβολαῖς[1]).

Apud Philostratum ἀνειμένος vox legitur Vit. soph. I 8 p. 10, 28 K., ubi latiore sensu usurpatur de Favorino: ἥρμοσται δὲ τὴν γλῶτταν ἀνειμένως μέν, σοφῶς δὲ καὶ ποτίμως.

Optime denique illustratur, quod dico, Libanii Himeriique verbis; Himer. or. I 3 p. 38, 32 Duebn.: οὐκοῦν ὥρα καὶ ἡμῖν, ὦ παῖδες, ἐπεὶ καὶ τὰς ἡμετέρας καλοῦμεν μούσας πρὸς γαμήλιον χορὸν καὶ ἔρωτα, ἀνεῖναι τὴν ἁρμονίαν τὴν σύντονον, ἵνα ἅμα μετὰ παρθένων ἐπ' Ἀφροδίτῃ χορεύσωμεν. Liban. argum. or. Dem. VII (fr. 139 Ofenloch): ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι· δηλοῖ δὲ ἡ φράσις καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία, πολὺ τὸν Δημοσθενικὸν πεφευγυῖα τύπον, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὴν ἰδέαν τούτου τοῦ ῥήτορος. Paulo latiores fines ἀνειμένος vocabulum habet in argum. or. Dem. XXXV: οὐκ ὀρθῶς δέ τινες ἐνόμισαν τὸν λόγον μὴ γνήσιον εἶναι, ἀμυδροῖς ἀπατηθέντες τεκμηρίοις· τὸ μὲν γὰρ τῆς φράσεως ἀνειμένον οὐκ ἀπρεπὲς ἰδιωτικοῖς ἀγῶσι.

Σύντονος autem et ἀνειμένος λόγος, qua Romanus intellegit ratione, apud Menandrum primum opposita sunt, atque inde ab eius aetate magis magisque hanc distinctionem in

1) Ad primigeniam vim verbi συντείνειν reducimur p. 187, 2: πλέον γὰρ οὐδ' ὁτιοῦν ἔσται τῆς ἀγχινοίας καὶ τῆς ὀξύτητος τῆς ἐπὶ τῇ κρίσει καὶ διαιρέσει καὶ περισκέψει τῆς γνώμης καὶ τῶν καθ' ἕκαστον λογισμῶν, εἰ μὴ συντείναις τῇ βελτίστῃ λέξει τὰ νοήματα.

usum venisse infra videbimus; quin etiam duo illi περὶ ἐπιδεικτικῶν libri, quorum alterum tantum genuinum Menandri esse alterum subditicium dudum a viris doctis cognitum est[1]), hoc ipso differunt inter se, quod in altero σύντονος non invenitur[2]), cum in altero magna utatur auctoritate. Opponuntur inter se σύντονος et ἄνετος λόγος, qui τῷ χαρακτῆρι μόνῳ τῆς ἀπαγγελίας differant inter se, III 402, 23 Sp. (de epithalamio): κοινὰ δὲ τὰ προειρημένα πάντα καὶ ῥηθησόμενα τοῦ τε συντόνου καὶ τοῦ ἀνέτου λόγου, διοίσουσι δὲ τῷ χαρακτῆρι μόνῳ τῆς ἀπαγγελίας τὰ τοιαῦτα ἐγκώμια[3]). 400, 7: καὶ τὰ μὲν προοίμια τοῦ συντόνου ταῦτα καὶ τούτοις παραπλήσια, τοῦ δὲ ἀνέτου καὶ συγγραφικοῦ λόγου ἧττον μὲν ἐγκατάσκευα, οὐκ ἐμπερίβολα δέ, ἀλλ' ὡς ἐν συγγραφῇ ἡπλωμένα μᾶλλον ἐννοίας ἔχοντα τὰς αὐτάς. ἔστι δέ ποτε ἐν ἀνέτῳ λόγῳ καὶ ἀπὸ διηγήματος ἄρξασθαι. Opponitur συγγραφικός, quod idem valere atque ἄνετος et apud Menandrum et apud Ps.-Aristidem (cf. p. XIV) vidimus, solum σύντονος voci 414, 29: γνωστέον δέ, ὅτι καὶ συντόνῳ λόγῳ παραμυθεῖσθαι δυνατὸν καὶ συγγραφικῷ πάλιν, ὡς ἄν τις βούληται (agitur περὶ παραμυθητικοῦ). 399, 16 (de epithalamio): μετεχειρίσαντο δὲ τὸ εἶδος οἳ μὲν συντόνως, οἳ δὲ συγγραφικώτερον. Explicantur autem ἄνετος καὶ συγγραφικός vocabula vocibus ἧττον ἐγκατάσκευος, ὡς ἐν συγγραφῇ ἡπλωμένος, ἀπὸ διηγήματος ἄρξασθαι. Quae quo tendant, perspicitur p. 410, 3 (περὶ κατευναστικοῦ): ἔσται δὲ οὐκ ἐγκατάσκευον τὸ προοίμιον, ἀλλ' ἀφελὲς καὶ ἁπλοῦν. 389, 30 (περὶ λαλιᾶς): ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ποιᾶς συνθέσεως, ὅταν μὴ τραχείᾳ χρώμεθα τῇ ἐξαγγελίᾳ μηδὲ περιόδους ἐχούσῃ καὶ ἐνθυμήματα, ἀλλ' ὅταν ἁπλουστέρα

1) Bursian, *Der Rhetor Menandros und seine Schriften*, *München* 1882, p. 22. Nitsche, *Der Rhetor Menandros und die Scholien zu Demosthenes*, *Berlin* 1883.

2) Semel tantum ἀνειμένος 336, 16 Sp.: γινέσθω δὲ δι' ἡδονῆς προϊὼν ὁ λόγος· δεῖ γὰρ μετὰ ἀνειμένης τινὸς ἁρμονίας καὶ εὐμενεστέρας προπέμπεσθαι; qui locus minime distat ab ea ratione, quam supra cognovimus.

3) Utrumque genus in demonstrativis locum habere demonstratur etiam III 369, 4 Sp., ubi οἱ σύντονοι τῶν ἐπιδεικτικῶν commemorantur, et 437, 4: ἡ μονῳδία δὲ ἀεὶ ἄνετος.

τυγχάνῃ καὶ ἀφελεστέρα, οἷα ἡ ... εἰρομένη καὶ ἀκατάσκευος. Eodem (i. e. ad *σύνθεσιν*) ducemur, si ea verba perscrutati erimus, quibus *σύντονος* explicatur. 399, 18 (*περὶ ἐπιθαλαμίου*): *δῆλον ὅτι ὁ μὲν σύντονος συνέστραπται λόγος ἅτε πολιτικῶς προϊών, καὶ ἕξεις τὰς ἀρετὰς τοῦ πολιτικοῦ λόγου προοίμιά τε ἐγκατεσκευασμένα ... μὴ ἀμοιρείτω μέντοι τὰ προοίμια τῆς χάριτος, κἂν σύντονα τυγχάνῃ κτλ.* Explicatur autem *χάρις*, quae et a Menandro *τῷ συντόνῳ* opponitur et in Romani libello primas fere partes agit, p. 411, 23 (*περὶ κατευναστικοῦ*): *παραγίνεται δὲ χάρις ... ἀκατάσκευον γὰρ τὸν λόγον εἶναι δεῖ καὶ τὰ πολλὰ ἀσύνδετον, οὐ κώλοις οὐδὲ περιόδοις συγκείμενον, ἀλλὰ συγγραφικώτερον, οἷόν ἐστι καὶ τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος. γένοιτο δ' ἂν καὶ ἀπὸ λέξεως ἐπιτετηδευμένης καὶ κεκαλλωπισμένης χάρις ἐν λόγῳ, οἷα ἐστὶν ἡ Πλάτωνος*[1]) *καὶ Ξενοφῶντος καὶ τῶν νεωτέρων, Δίωνος καὶ Φιλοστράτου καὶ τῶν σοφιστῶν, ὅσοι καὶ συντιθέναι τὸ συγγραφικὸν εἶδος ἔδοξαν χαριέντως.* Ad suam *συντόνου* et *ἀνέτου λόγου* distinctionem explicandam Menander cum aliis vocabulis usus est tum vocibus *συνέστραπται* (399, 18) et *εἰρομένη* (389, 30), *πολιτικός* (399, 18) et *ἀφελής* (389, 30; 410, 3). Huic rei ideo multum tribuo, quod cum iis consentit, quae supra constituimus. Iam autem qua ratione explicata sint verba *σύντονος* et *ἀνειμένος*, in promptu est: Menander a Ps.-Aristide re ipsa minime distans pro *πολιτικός* et *ἀφελής* verba *σύντονος* et *ἄνετος* posuit.

Χαρακτὴρ ἀνειμένος, si quidem codicibus Pa Pc Ac fides habenda est, primum apud Aphthonium legitur II 47, 5 Sp.: *ἐκφράζοντας δὲ δεῖ τόν τε χαρακτῆρα ἀνειμένον* (*ἀνειμένως* Vc Ba) *ἐκφέρειν καὶ διαφόροις ποικίλλειν τοῖς σχήμασι καὶ ὅλως ἀπομιμεῖσθαι τὰ ἐκφραζόμενα πράγματα* (cf. supra p. IV), cum in eodem libro *σύντονος* vocabulum de musica usurpetur 21, 15: *θέρους ἦν ἀκμὴ καὶ οἱ μὲν τέττιγες μουσικὴν ἀνεβάλλοντο σύντονον*[2]).

---

1) Haud parvi momenti est, quod Platonem, Xenophontem, Herodotum exempla *ἀνέτου λόγου* affert Menander (cf. etiam 389, 27; 390, 1), hac re minime distans a Romano.

2) De pronuntiatione Ambrosius vocem 'remissus' usurpavit

In Nicolai Prog. 63, 3 Felten (cf. 68, 2) *ἀνειμένη φράσις συντόνῳ χαρακτῆρι* opponitur: *εἰ δὲ ἀνθέων ἡμῖν ἢ φυτῶν ἢ τοιούτων ὅλως γίνοιτο ἡ ἀντεξέτασις, ἐξέσται ἡμῖν καὶ ἀνειμένῃ χρήσασθαι τῇ φράσει, ὥστε μηδὲ ἀναγκάζεσθαι διὰ πάντων τῶν κεφαλαίων ἰέναι μηδὲ ζητεῖν παραιτήσεως τρόπους, τῆς ἀνειμένης φράσεως ἐχούσης ἄδειαν μὴ σφόδρα ἕπεσθαι τῇ τεχνικῇ τῶν ἐγκωμίων τῶν διὰ τοῦ συντόνου χαρακτῆρος τιθεμένων διαιρέσει.* His addo locum ex Olympiodori Vita Platonis lin. 33 Westermann: *Πλάτων .. μετωνομάσθη, πρότερον Ἀριστοκλῆς λεγόμενος . . ., διὰ τὸ πλατὺ καὶ κεχυμένον καὶ ἀναπεπτασμένον τοῦ ἀν[ακ]ειμένου χαρακτῆρος.* Denique, quo magis tibi persuadeas non apud rhetores tantum haec vocabula in usu fuisse, Sophronii patriarchae Hierosolymitani verba exscribo, Mai Spic. Rom. III, 17: *οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ ὡς ταῖς τῶν θαυμάτων ἱεραῖς διηγήσεσιν ὅτι ὁ ἀνειμένος μᾶλλον χαρακτὴρ καὶ ἔκλυτος ἔπρεπεν· ἀλλ' ἡμεῖς τοῦτον ἐάσαντες τὸν σύντονον παρελάβομεν, ἵνα καὶ δι' αὐτοῦ τὸ τῶν ἁγίων θερμὸν καὶ εὐκίνητον καὶ πρὸς τὰς τῶν νοσούντων ἰάσεις σημαίνῃ τὸ σύντονον.*

A rhetoribus aevi Byzantini duabus rationibus *σύντονος* et *ἀνειμένος* voces usurpantur: occurrunt primum in collectione *Π*[1]), quam Doxapatres II 132, 7 sq. W. commentario suo inseruit, *χαρακτῆρες ἁδρός, ταπεινός, μέσος: χρῆται δὲ ὁ Ἀφθόνιος τοῖς τρισί· τῷ μὲν ἁδρῷ ἐν τῇ ἠθοποιίᾳ, τῷ ἀνειμένῳ καὶ ταπεινῷ ἐν τῇ ἐκφράσει,* hic addit Doxapatres: *διὸ καὶ αὐτὸς* (scil. *Ἀφθόνιος* 47, 6 Sp.) *ἐκεῖσε λέγει δεῖν τὸν χαρακτῆρα ἀνειμένον ἐκφέρειν*; cf. Dox. II 503, 21 (quod scholion iam in Vc, codice saec. XI, legitur); Anon. III 729, 14 W. (ex Doxapatre); Pletho VI 553, 3. Pro *ἁδρῷ* ponitur *σύντονος* a Doxapatre II 503, 19 sq., cum pro *ταπεινῷ ἀνειμένον* legamus collocatum apud Dox. II 134, 1 et 3 et in scholiis P II 652, 27 W.[2]) et Anon. III 729, 14 W.[3]). Ha-

De off. ministr. I 19, 84: „vox ipsa non remissa", cum Socrates Hist. eccl. VII 12 *γλαφυρὰς προσομιλίας καὶ συντόνους* Ablabii esse dicat.

1) Rabe, *Rheinisches Museum* 62, 563.

2) Rabe, *Rheinisches Museum* 67, 324.

3) Etiam ab Ioanne Sic. VI 67, 12 W. *χαρακτῆρες* videntur

bemus igitur tria genera, σύντονον, ἀνειμένον, μέσον, non iam duo, ut apud Romanum, σύντονον et ἀνειμένον. A compositione proficisci hanc generum distinctionem docemur a scholiasta P, qui W II 652, 26 ad ἀνειμένος addit οἷον ἀναβεβλημένος χαρακτήρ, et ab Ioanne Siculo, qui σύντονον ῥυθμόν opponit ἀναβεβλημένῳ W VI 139, 5: καὶ μὴν κἂν ταῖς παρατάξεσιν οἱ στρατιῶται τῷ ἀναβεβλημένῳ καὶ συντόνῳ ἢ διεθερμαίνοντο ἢ ἀνίεντο, cum apud Georgium Diaeretam VI 527, 22 W. verba συντόνως καὶ συνεστραμμένως εἰπεῖν legantur coniuncta, quippe quo ὁ σύντονος efficiatur καὶ ἐγκατάσκευος λόγος[1]). — Ab altera parte ad musicam, pronuntiationem, fines vocabulorum σύντονος et ἀνειμένος quasi domesticos, reducimur. Quod optime perspicitur ex Doxapatris verbis II 182, 14 W.[2]): σύντονον ἀντὶ τοῦ ἐπιτεταμένην (σύντ.-ἐπιτ. ex Sard.)· τοιοῦτον γὰρ τὸ σύντονον μέλος τῆς μουσικῆς (Sard.: μέλος ἐστὶ μουσικὸν ἡ σύντονος; om. cet.). τρία δέ φασι καὶ ταύτης τὰ εἴδη, τὸ σύντονον, τὸ ἀνειμένον, τὸ μέσον, ἃ ἀναλογοῦσι τοῖς τρισὶν εἴδεσι τῆς ῥη-

spectari: οὕτω καὶ οἱ χαρακτῆρες περιέχουσί τε τὰς ἰδέας καὶ ἀπὸ τούτων τὴν σύστασιν ἔχουσιν, καὶ ἐοίκασιν οἱ μὲν ἀνδρικοῖς ἤθεσιν, οἱ δὲ μαλακοῖς, οἱ δὲ μέσοις, κατὰ τὸν ἀνθηρὸν καὶ σύντονον μετὰ τὸ τραχὺ καὶ μέσον; Pletho autem ἁδρὸν καὶ σύντονον vocat ἐγκατάσκευον, cui opponitur ὁ χαλαρός, ἁπλοῦς, ὁ ἄνευ κατασκευῶν; accedit μέσος, ὁ ἐνδιάσκευος.

1) Compositio aliis quoque locis respicitur, velut ab Ioanne Sic., qui ἀνειμένον explicat VI 355, 13 W. verbis διαλελυμένον, χαῦνον, ἐρριμμένον, πεπτωκός, ἄναρθρον, ἄρρυθμον, ἀκίνητον, χωλόν, ἄστατον, ἀσθενές, σαθρόν, cum ἀνέτως illustretur verbis 450, 16 γοργῶς, ἐπιφωνηματικῶς, περιοδικῶς, χιαστικῶς, στρογγύλως, διλημμάτως; huc etiam pertinet, quod Sic. 206, 29 ἀνειμένος vocabulum cum λελυμένος coniungit, sicut Michael Psellus (ed. Mayer, *Byzantinische Zeitschrift* 20, 60): ἐν ᾧ δὲ τὸν λόγον ἀπαρτίσαι βούλεται, διαλελυμένος καὶ ἀνειμένος τὴν φράσιν. Spectant σύνθεσιν et Gregorius Corinthius VII 1211, 11; 1252, 25 W. et scholia P V 415, 16; 381, 20; 497, 23; VII 887, 11: διὰ τὸ ἡδὺ καὶ ἀνειμένον τῆς συνθήκης; 716, 11: καὶ εὔκολα ταῦτα καὶ ἀνειμένα ποιεῖν τῇ συνθέσει.

2) Textum propono secundum codices Wc (Vindob. 130 saec. XIII—XIV) et Vδ (Vat. 2228 saec. XIV), quos Rabe arte phototypica exprimendos curavit.

λόγου τοῦ κεκαλλωπισμένου. γλυκύτητι vero hoc tribuitur a Geometra quoque Dox. II 176, 22; cf. Ps.-Hermog. Prog. 4, 21 R.: σχήματα δὲ διηγημάτων ἐστὶν ε΄· ὀρθὸν ἀποφαντικόν ..: ὀρθὸν μὲν οὖν ἀποφαντικόν, οἷον 'Μήδεια ἦν Αἰήτου θυγάτηρ' ... ὀρθὸν δὲ καλεῖται, διότι παρ' ὅλον τὸν λόγον ἢ τὸν πλείω τηρεῖ τὴν πτῶσιν τὴν ὀνομαστικήν; 5, 19 R.: τὸ μὲν οὖν ὀρθὸν ἱστορίαις πρέπει, σαφέστερον γάρ. Nicolaus 16, 15 F.: οὕτω δὲ οὔσης διαφόρου τῆς ἀπαγγελίας τῇ μὲν κατ' ὀρθὸν διὰ τὴν σαφήνειαν ἐν τοῖς ἱστορικοῖς ἢ ἐν οἷς δεόμεθα σαφηνείας χρησόμεθα; Dox. II 216, 22; Apsin. I 2 p. 250, 7 Sp.-H.: ὁ μὲν Λυσίας κατὰ ὄρθωσιν ἀνηπλωμένως τὰς διηγήσεις ... εἰσάγει. — Ut vox διηγηματικόν recte intellegatur, refero ad Ps.-Hermog. Π. εὑρ. 195, 12 R.: ἐγχωρεῖ δὲ καὶ περιοδικῶς αὐτὸ λεχθῆναι δύνασθαι καὶ μὴν καὶ διηγηματικῶς; Anon. Seg. § 142: τὸ δὲ ἁπλοῦν καὶ σαφές, ὃ καὶ μάλιστά ἐστι διηγηματικόν; Sic. VI 408, 6: οὐ διηγηματικός ἐστιν, ὡς ἐκεῖνος, ἀλλ' ἀγωνιστικός. — διηγηματικόν vero, cum nihil aliud esse demonstraverimus nisi σχῆμα διηγήματος, vel hoc loco, id quod ipsum non spectatur, apparet διηγήματα in ἀνειμένῳ esse usurpanda (cf. Roman. 2, 17 ὡς πρέποντος ἀνειμένῳ τοῦ διηγήματος), διηγήματα certe hac ὀρθότητος figura prolata; cf. schol. Demosth. XXI 72 p. 573, 7 Dind. Inde quodammodo huc ea quoque referenda sunt, quae Menander dicit in cap. περὶ λαλιᾶς, velut III 389, 12 Sp.: χαίρει γὰρ τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος τῇ γλυκύτητι καὶ τῇ τῶν διηγημάτων ἁβρότητι; 27: μεστὴ δὲ καὶ ἡ ἱστορία Ἡροδότου γλυκέων διηγημάτων; 395, 3 (περὶ προπεμπτικῆς): χαίρει δὲ ἁβρότητι καὶ διηγημάτων ἀρχαίων χάρισι. — Κύλωνος exemplum 2, 16 eodem modo explicat Sic. VI 504, 3 W.: ἐγὼ δὲ τὸν χαριεντισμὸν τοῦτον εὗρον ἐν τῇ β' συγγραφῇ, ἔνθεν διηγεῖται περὶ τῆς ἀπελάσεως τοῦ Κυλωνείου ἄγους· ἐκεῖ γὰρ τὸ ὅτι ὑπεμειδίασεν ὁ λέων· σαφέστατον γὰρ ἐκεῖ τὸ διήγημα καὶ παρὰ τὴν τοῦ συγγραφέως ἐμβρίθειαν; schol. Thuc.: ὅτι τοῦ διηγήματος τοῦ κατὰ τὸν Κύλωνα τὴν σαφήνειάν τινες θαυμάσαντες εἶπον, ὅτι λέων ἐγέλασεν ἐνταῦθα, λέγοντες περὶ Θουκυδίδου. — 2, 18 Verba Κῦρος ἦν unde allata sint, ignoro; fortasse correctura petenda est ex Ps.-Aristid. II 552, 5 Sp. Κλέαρχος ἦν Λακεδαιμόνιος φυγάς, Xen. Anab. I 1, 9.

III_2 Ex exemplis a scriptore allatis cognoscitur aut ἐμφαντικῷ aut ἐκφραστικῷ scribendum esse.

III_3 Romanus 3, 1 ἀστεῖον cum τὸ παίζειν tum τὸ μύθοις χρῆσθαι intellegit. Quod attinet ad παίζειν, hoc esse γλυκύτητος pluribus locis perspicitur, velut Cic. De or. II 54, 216: „suavis ... iocus et facetiae“; Brut. 27, 105: „valde dulcem et perfacetum“; Quint. VI 3. Apud Demetrium De eloc. in capite π. γλαφυροῦ λόγου et παίζειν (130; 135; 147) et ἀστεϊσμός (128; 130) et ἀστεΐζεσθαι (149) legimus; cf. etiam De subl. 34, 2, 3;

Philostr. Vit. soph. I 21, 5 p. 32, 9 K. Exemplum vero Xenophonteum de Cyro puero 3, 2 spectari videtur ab Hermogene quoque 406, 7 R.: *κἂν ταῖς μιμήσεσι δὲ τῶν προσώπων μᾶλλον εὐδοκιμεῖ, ὅτε ἀφελῆ καὶ ὡς ὄντως ἄπλαστα καὶ ἁπαλὰ καὶ ἡδέα ἤθη ψυχῶν μιμοῖτο, ὥσπερ καὶ τὸ τοῦ Κύρου παιδὸς ἔτι ὄντος κτλ.* — *μῦθοι* autem et ab Hermogene 330, 3 R. al. in capite *περὶ γλυκύτητος* afferuntur et apud alios passim rhetores *ἡδονῆς* propria dicuntur, velut De subl. 34, 2; Demetr. De eloc. 157; 158; Ps.-Aristid. II 499, 21; Anon. Seg. § 99; Ps.-Dion. Art. rhet. 5, 17 Us.; Nicol. Prog. 9, 10 F.; Marcell. Vit. Thuc. 48. Poetarum eos esse declarant Hermogenes 391, 15 R.: *μάλιστα δὲ ποιήσεως ἴδια αἵ τε μυθικαὶ ἔννοιαι πᾶσαι* et Nicolaus 5, 20 F.: *μῦθον προέταξαν . . . ὡς συγγενείᾳ τινὶ χρώμενον πρὸς τὰ ποιήματα.* Attribuuntur autem *μῦθοι* a Menandro *λαλιᾷ* 389, 9: *ληψόμεθα πρὸς τοῦτο τὸ παράδειγμα ἱστορίαν ἀρχαίαν ἢ πλάσαντες αὐτοί κτλ.* 389, 15; 392, 28 sqq.; 395, 3; 396, 15. — Iam intellegimus, cur Thucydidis locus (III 29) p. 3, 6 a Romano allatus sit; scholiasta docet: *ἱστέον ὅτι ἐνταῦθα μόνον μῦθον εἰσάγει ἐν τῇ συγγραφῇ καὶ τοῦτον διστάζων.* Quem Thucydidis locum Hermogenes quoque laudat 410, 15 R.: *διὸ καὶ ἀγλευκής ἐστι σχεδὸν διόλου· εἰ δέ που καὶ γλυκύτητα ἔχοι, μάλιστα μὲν ὥσπερ ἀλλότριόν τι τῆς ἰδέας αὐτοῦ ἐκφαίνεται τὸ μέρος ἐκεῖνο, οἷόν ἐστι καὶ τὸ «Τηρεῖ δὲ τῷ Πρόκνην τὴν Πανδίονος ἀπὸ Ἀθηνῶν σχόντι γυναῖκα».* Thucydidem fabulas vitare Marcellinus dicit Vit. Thuc. 49; Herodotum autem laudat Hermogenes 408, 9 R.: *ἐν τοίνυν τοῖς καθ' ἱστορίαν πανηγυρικοῖς πανηγυρικώτατός ἐστιν ὁ Ἡρόδοτος· τὸ δὲ αἴτιον, ὅτι μετὰ τοῦ καθαροῦ καὶ εὐκρινοῦς πολύς ἐστι ταῖς ἡδοναῖς· καὶ γὰρ ταῖς ἐννοίαις μυθικαῖς σχεδὸν ἁπάσαις καὶ τῇ λέξει ποιητικῇ κέχρηται διόλου;* 330, 23 (*π. γλυκύτητος*): *τρίτην δὲ ἔχει τάξιν τὰ κατ' ὀλίγον μέν πως τοῦ μυθικοῦ κοινωνοῦντα διηγήματα, μᾶλλον δὲ ἢ κατὰ τοὺς μύθους πιστευόμενα, οἷά ἐστιν ἅπαντα τὰ Ἡροδότου· μυθώδη γὰρ ὀλίγα ἔχει . . . τὰ μέντοι ἄλλα καὶ πιστεύεται γεγονέναι καὶ ἀπήλλακται τοῦ μυθικοῦ, διόπερ οὐδὲ ὁμοίως τοῖς φύσει μυθικοῖς μετέχει τῆς γλυκύτητος.*

Homoioteleuton 3, 8 adiungit Romanus, quippe cui *ἀστεῖον* III$_4$ quoddam inesse vel Cicero concedit De or. II 65, 263: „ornant igitur inprimis orationem verba relata contrarie, quod idem genus est etiam facetum“. In figuris *τοῦ κάλλους* Hermogenes hoc quoque numerat, cum dicat 299, 8 R.: *σχήματα δὲ καλά, ⟨ᾱ⟩ καὶ ἐκπρεπῆ ποιεῖ τὸν κόσμον καὶ σαφῶς τὸ κεκαλλωπίσθαι ἐνδείκνυται, αἵ τε παρισώσεις, αἵπερ καὶ πλεονάζουσι παρὰ τῷ Ἰσοκράτει.* 299, 27: *ταῖς κατὰ τὸ τέλος συλλαβαῖς ἴσαις*, cf. 302, 6. Idem Demosthenem laudat 299, 21 cet.: *σπανίως χρῆται τῷ τοιούτῳ.* Ad *γλυκύτητα* haec referenda esse et Hermogenes ipse dicit 339, 3 R. (v. s. p. 13) et ab allis confirmatur velut Auct.

ad Her. IV 22, 32; Demetr. De eloc. 154; Ps.-Aristid. II 549, 5; Syrian. I 51, 6 R. Tenui et acuto dicendi generi fugienda esse haec apud Ciceronem Or. 84 et Iul. Vict. p. 438, 9 H. legitur. Quod denique pertinet ad verba Γοργίειον καὶ Ἰσοκράτειον, horum virorum usus παρισώσεων nominatur προσκορής etiam a Syriano I 51, 6 R., Photio cod. 159 (p. 102ᵃ42 = Ofenloch 123), Cicerone Or. 176, et identidem a rhetoribus eam ob causam vituperati sunt Gorgias et Isocrates. — Exemplum Platonicum 3, 11 occurrit etiam apud Hermogenem Π. μεθ. δειν. 429, 10 R.: σοφιστικὰ δέ ἐστιν (sc. σχήματα), ἃ νῦν μὲν ἐπαινεῖται, ὑπὸ δὲ τῶν παλαιῶν κωμῳδεῖται, ὅσα αἰσχρῶς καὶ κενῶς κολακεύει τὴν ἀκοήν· ἃ Πλάτων διαβάλλει «ὦ λῷστε Πῶλε, ἵνα προσείπω σε κατὰ σέ».

III$_5$ Illustrantur Romani verba de deis Hermogenis locis 391, 15 R.: μάλιστα δὲ ποιήσεως ἴδια αἵ τε μυθικαὶ ἔννοιαι πᾶσαι, οἷον τὰ περὶ Κρόνου καὶ Τιτάνων καὶ ἔτι Γιγάντων καὶ Διὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων θεῶν ἀνθρωποπαθῶς λεγόμενα; 392, 15 R.: καὶ ὅλως τὸ τὰ ἀδύνατα καὶ ἄπιστα τερατεύεσθαι. His opponit scriptor de subl. 15, 8 τὴν ῥητορικὴν φαντασίαν; cf. 9, 13, 14. — Ad 3, 16 ὀνείρους πλάττεται (sc. Ἡρόδοτος) conferendus est Menander 390, 4 (π. λαλιᾶς): χρὴ δὲ καὶ ὀνείρατα πλάττειν; cf. Baumgart, Aelius Aristides p. 103. — Addendum esse conieci 3, 15 ποιῆσαι; quod ut probem, Isocratis locum or. 9, 9 affero: τοῖς μὲν γὰρ ποιηταῖς πολλοὶ δέδονται κόσμοι· καὶ γὰρ πλησιάζοντας τοὺς θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις οἷόν τ' αὐτοῖς ποιῆσαι καὶ διαλεγομένους καὶ συναγωνιζομένους, οἷς ἂν βουληθῶσι.

III$_6$ Romanus 3, 19 cum genus deliberativum et genus demonstrativum τῷ ἀνειμένῳ vindicet, consentit cum Menandro, qui eadem, quae a Romano in universum statuuntur, λαλιᾶς esse propria demonstrat III 388, 17 Sp.: τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος χρησιμώτατόν ἐστιν ἀνδρὶ σοφιστῇ καὶ ἔοικεν δύο εἴδεσι τῆς ῥητορικῆς ὑποπίπτειν, τῷ τε συμβουλευτικῷ καὶ τῷ ἐπιδεικτικῷ· πληροῖ γὰρ ἑκατέρου τὴν χρείαν· καὶ γὰρ ἄρχοντα ἐὰν ἐγκωμιάσαι βουλώμεθα, πολλῶν ἐγκωμίων παρέχει τὴν ἀφθονίαν· καὶ γὰρ δικαιοσύνην αὐτῷ καὶ φρόνησιν καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς διὰ τῆς λαλιᾶς καταμηνύειν δυνάμεθα. καὶ μὴν καὶ συμβουλεῦσαι διὰ λαλιᾶς ὅλῃ τῇ πόλει καὶ ἀκροαταῖς πᾶσι καὶ ἄρχοντι, εἰ βουλοίμεθα, προσδραμόντι πρὸς τὴν ἀκρόασιν ῥᾴδιον. διάλεξιν autem Romanus quoque imprimis videtur spectare: 3, 23 κἂν μὲν σύντομος ἡ διάλεξις ᾖ. Quid sit διάλεξις[1]), ex iis vocabulis perspicitur, quae ei coniuncta et opposita inveniuntur. Opponuntur inter se διαλέγεσθαι et ἀγωνίζεσθαι apud Philostratum Vit. soph. II 3 p. 74, 25 K. διαλέγεσθαι ἐπιτηδεία μᾶλλον ἢ ἀγωνί-

1) A. Stock, De prolaliarum usu rhetorico, diss. Regimont. 1911, p. 2—6.

ζεσθαι. Similia apud Aristidem leguntur or. XXXIV 61 K.: *τίσιν δὲ καὶ προσήκων ὁ χαρακτήρ· πότερον τοῖς περὶ τοὺς πολιτικοὺς καὶ ἀγωνιστικοὺς τῶν λόγων; . . . ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν διαλεκτικήν*; Quibuscum confer Philostr. Vit. soph. II 30 p. 122, 26 K.: *ἡ δὲ ἰδέα τοῦ λόγου λάλος μᾶλλον ἢ ἐναγώνιος*. Vel inde *διάλεξιν* et *λαλιάν* arta affinitate coniunctas esse intellegitur. Quod certe posteriore aetate inde a tertio vel quarto saeculo in usu fuit pervulgatissimo. Cuius rei exempla et Stock affert p. 4 ann. 5 ex Himerio (saec. IV) et Suidas testis est s. v. *Γενέθλιος· ἔγραψε δὲ λαλιὰς ἤτοι διαλέξεις*; s. v. *Πολυδεύκης· συντάξας . . . διαλέξεις ἤτοι λαλιάς*. — Iam vides, cur Romanus iudiciale genus *ἀνειμένῳ* non attribuerit: 3, 22 *δικάζεσθαι* ⟨*δὲ*⟩ *οὐδὲ ὅλως*; nam *δικάζεσθαι* et *δικανικός* vocabula saepe leguntur coniuncta cum *πολιτικός* et *ἀγωνιστικός*, quae *διαλέγεσθαι* et *διαλεκτική* vocibus opponi vidimus, velut apud Ps.-Aristidem II 538, 36 Sp.: *ὁ μὲν Δημοσθένης αἰεὶ καὶ οἱ τοὺς δικανικοὺς λόγους συνεσκευασμένοι . . . εἰκότως τοῦτο πράττοντες διά τε τὸ ἀγωνιστικὸν τὸν λόγον αὐτῶν εἶναι κτλ.*; Anon. VI 25, 16 W.: *δικανικοὶ ἀγῶνες*; Anon. III 600 W.: *ἐναγώνια γὰρ καὶ ταῦτα καὶ δικανικά, οὐ πανηγυρικὰ καὶ χαρίεντα*. — 3, 20 Similia leguntur apud Gellium XIV 3, 3. — 3, 22 *αἰσθάνεσθαι δὲ δεῖ τοῦ καιροῦ*. Cum his conferenda sunt Menandri, quae in capite *περὶ λαλιᾶς* exstant, verba III 392, 9 Sp.: *ἁπλῶς δὲ χρὴ γιγνώσκειν περὶ λαλιᾶς, ὅτι πάντα ὅσα* ⟨*ἂν*⟩ *βουληθῶμεν ἐμφανίσαι διὰ ταύτης, ταῦτα ἐξέσται ἡμῖν λέγειν τάξιν μηδεμίαν ἐκ τέχνης φυλάττουσιν, ἀλλ' ὡς ἂν προσπίπτῃ, στοχάζεσθαι μέντοι δεῖ τοῦ καιροῦ ἑκάστου τῶν λεγομένων καὶ συνιέναι, ποῖον χρήσιμον εἰπεῖν πρῶτον, ποῖον δὲ δεύτερον*. — 3, 25 *σπερματικῶς*: cf. Anon. III 572, 17; 600, 10 W. — 3, 25 *πραγματικὴν ἄγραφον* esse statum eum, qui generi deliberativo fere unus conveniat, testatur Syrianus II 167, 25 R.: *πλὴν οὖν ὀλίγων συμβαίνει πᾶσαν συμβουλὴν ὑπὸ τὴν ἄγραφον ἀνάγεσθαι πραγματικήν* (cf. 163, 24), cum *ἔθος, δυνατόν, ἔνδοξον, συμφέρον* sint *τελικὰ κεφάλαια*, secundum quae oratio deliberativa disponitur. — 4, 4 *μονῳδίαν* Menander quoque *θρῆνον* intellegit III 434, 19 Sp.: *τί τοίνυν ἡ μονῳδία βούλεται; θρηνεῖν καὶ κατοικτίζεσθαι*, cf. 435, 8; et cum verbis Romani, qui monodiae componendae propriam esse rationem inauguratur, consentiunt Menandri verba 437, 4: *ἡ μονῳδία δὲ ἀεὶ ἄνετος*[1]). — Quae in parenthesi exstant verba 4, 3—7, quibus monodiae componendae ratio explicatur, ita intellegenda sunt: eodem modo quo apud Thucydidem in Corinthiorum legatione unum solum *τῶν τελικῶν κεφαλαίων, τὸ δίκαιον*, adhibetur, in monodia componenda *τὸ θρηνητικόν* so-

1) *τὸ τραγῳδεῖν* (Roman. 4, 5) prope accedere ad *θρηνεῖν* legitur etiam apud Aps. I 2 p. 326, 25; 327, 4 Sp.; cf. Praef. p. XIV.

lum est respiciendum. De Corinthiorum legatione dicitur in schol. ad Thuc. I 32: *ἡ τοῦ Κερκυραίου δημηγορία μᾶλλον τὸ συμφέρον προβάλλεται ἤπερ τὸ δίκαιον, ἡ δὲ τοῦ Κορινθίου μᾶλλον τὸ δίκαιον ἤπερ τὸ συμφέρον*; cf. Syrian. II 175, 17 R.

III. Quantum Menandri verba atque in his ea, quae de lalia dixit, ad Romanum valeant explicandum, plus uno loco apparet. Huc etiam pertinet, quod Romanus totiens *χάριν, ἡδονήν, τέρψιν* laudat, cf. 3, 4 et 8; 5, 7; 7, 6; 7, 14; in lalia enim componenda *ἡδονή* ubique respicitur, velut III 389, 11 Sp.: *οὐ γὰρ ἔχει τοῦτο ἡδονήν· χαίρει γὰρ τὸ τῆς λαλιᾶς εἶδος τῇ γλυκύτητι καὶ τῇ τῶν διηγημάτων ἁβρότητι*; 392, 23: *πλείστην γὰρ ἡδονὴν ταῦτα παρέξει τῷ εἴδει τῆς λαλιᾶς*; 395, 2: *χαίρει δὲ ἁβρότητι καὶ διηγημάτων ἀρχαίων χάρισι* (sc. *ἡ προπεμπτικὴ λαλιά*); cf. etiam 389, 28; 392, 18 et 31; 393, 16. Quod magni est momenti ad capitulum hoc de historico genere explicandum. Nam a simili parte *τὸ ἱστορικόν* stare, a qua *διάλεξιν*, vel ex iis vocibus intellegitur, quae opponuntur: Cic. De or. II 15, 64 (de historia) „genus orationis fusum atque tractum et cum lenitate quadam aequabiliter profluens, sine hac iudiciali asperitate et sine sententiarum forensibus aculeis persequendum est"; cf. Or. 19, 62; Dion. Hal. De c. v. 4 p. 18, 15 Us.-R.: *οὐκέτι ὑπαγωγικὸν τὸ πλάσμα οὐδ' ἱστορικόν, ἀλλ' ὀρθὸν μᾶλλον καὶ ἐναγώνιον*; Anon. Seg. § 252: *τὴν λέξιν ὡσαύτως οὐ τραχεῖαν, ἀλλὰ ἱστορικὴν προθήσομεν*; Phot. Bibl. cod. 79: *τὴν φράσιν οὐκ ἔχει πρέπουσαν λόγῳ ἱστορικῷ . . . καὶ τοῦ ἠδέος ὑπερόριος*; cod. 77 (54ª 22): *πλὴν ἐνιαχοῦ δικανικώτερον μᾶλλον ἢ ἱστορικώτερον μεστοῖ καὶ περιβάλλει τὸν λόγον*; Apsin. I 2 p. 250, 2, Sp.-H.: *αἱ μὲν ἱστορικαί, ὧν πολὺ εἶδος ἐν συγγραφαῖς, αἱ δὲ ἀγωνιστικαί, οἷον παρὰ τοῖς πολιτικοῖς*; Dox. II 221, 19: *οὐ τοῖς ἀγωνιζομένοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἱστοροῦσιν εἴτε πανηγυρίζουσιν*; De subl. 9, 13: *τῆς μὲν Ἰλιάδος . . . ὅλον τὸ σωμάτιον δραματικὸν ὑπεστήσατο καὶ ἐναγώνιον, τῆς δὲ Ὀδυσσείας τὸ πλέον διηγηματικόν*; Dox. II 226, 15: *ὅτε . . . διηγούμεθά τι ἢ ἀγωνιζόμεθα*. Huc accedit, quod historia a multis atque clarissimis rhetoribus proxima esse poeticae audiebat: Quint. X 1, 31 „. . . est enim proxima poetis et quodammodo carmen solutum, et scribitur ad narrandum, non ad probandum"; cf. X 2, 21, ubi poetae et historici opponuntur oratoribus et declamatoribus; Demetr. De eloc. 215 Ctesiam historicum *ποιητήν* appellat: *καὶ ὅλως δὲ ὁ ποιητὴς οὗτος — ποιητὴν γὰρ ⟨ἂν⟩ αὐτὸν καλοίη τις εἰκότως — ἐναργείας δημιουργός ἐστιν ἐν τῇ γραφῇ συμπάσῃ*; Agath. Hist. p. 8, 9 Nieb.: *οὐ πόρρω τετάχθαι ἱστορίαν ποιητικῆς, ἀλλὰ ἄμφω ταῦτα εἶναι ἀδελφὰ καὶ ὁμόφυλα καὶ μόνῳ ἴσως τῷ μέτρῳ ἀλλήλων ἀποκεκριμένα*; Marcell. Vit. Thuc. 41: *ἐτόλμησάν τινες ἀποφήνασθαι ὅτι αὐτὸ τὸ εἶδος τῆς συγγραφῆς οὐκ ἔστι ῥητορικῆς ἀλλὰ ποιητικῆς· καὶ ὅτι μὲν οὐκ ἔστι*

ποιητικῆς, δῆλον ἐξ ὧν οὐχ ὑποπίπτει μέτρῳ τινί. Aristides or. 49 historicos *μεταξὺ τῶν ποιητῶν τε καὶ ῥητόρων* esse dicit. — Etiam magis autem elucebit, qua de causa *τὸ ἱστορικόν* conveniat *τῷ ἀνειμένῳ*, si Hermogenis de historicis iudicia in comparationem vocaverimus. Qui 404, 13 R. *ἱστοριογράφους* cum poetis et *λογογράφοις*, quippe qui *καὶ μεγέθους καὶ ἡδονῶν στοχάζονται, τοῖς πανηγυρικοῖς* adiungit; *πανηγυρικὸν* autem *λόγον τῷ πολιτικῷ* Hermogenes opponit 386, 17 R.: *πανηγυρικός, ὃς οὐδὲ πολιτικὸς ἴσως ἂν κληθείη.* — Partitio historiae 4, 9 in *συγγραφικόν* et *ἱστορικόν* usitatissima est. Thucydides solet appellari *ὁ συγγραφεύς*, Herodotus vero *ὁ ἱστοριογράφος*; Ammonius p. 76 Valck.: *ἱστοριογράφος συγγραφέως διαφέρει· ἱστοριογράφος μὲν γάρ ἐστιν ὁ τὰ πρὸ αὐτοῦ γεγονότα συγγραφόμενος ὡς Ἡρόδοτος, συγγραφεὺς δὲ ὁ τὰ ἐφ' ἑαυτοῦ ὡς Θουκυδίδης*[1]). Unde fluxerit ea distinctio, dudum cognitum est: ex ipsis eorum verbis Her. I 1, 1; Thuc. I 1, 1. Historiae autem fabulas convenire ab aliis quoque docemur; Diodorus IV 1, 2 *ταῖς νεωτέραις πράξεσι*, quas *συγγραφέως* esse Romanus 4, 10 docet, *ἀρχαίαν μυθολογίαν* opponit: *διόπερ τῶν μεταγενεστέρων ἱστοριογράφων οἱ πρωτεύοντες τῇ δόξῃ τῆς μὲν ἀρχαίας μυθολογίας ἀπέστησαν διὰ τὴν δυσχέρειαν, τὰς δὲ νεωτέρας πράξεις ἀναγράφειν ἐπεχείρησαν.* — Verbis 4, 10 *μήτε πρὸς χάριν μήτε ἀπεχθῶς* admonemur de Taciti Annal. I 1 „sine ira et studio", cf. Hist. I 1; ad Romani autem verba accedit Ioseph. Ant. 20, 8, 3: *πολλοὶ τὴν περὶ Νέρωνα συντετάχασιν ἱστορίαν· ὧν οἱ μὲν διὰ χάριν, εὖ πεπονθότες ὑπ' αὐτοῦ, τῆς ἀληθείας ἠμέλησαν, οἱ δὲ διὰ μῖσος καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀπέχθειαν οὕτως ἀναιδῶς ἐνεπαρῴνησαν τοῖς ψεύσμασιν, ὡς ἀξίους αὐτοὺς εἶναι καταγνώσεως.* Cf. etiam Cic. De orat. II 15, 62; Dion. Hal. De Thuc. 8, p. 334, 19 Us.-R.; Antiq. V 32, 2; Lucian. De hist. conscr. 38 et 41; Herodian. I 1, 2. — De contionibus insertis cf. Marcellini Vit. Thuc. 38, qui locus ad haec Romani verba prope accedit: *τῶν δὲ πρὸ αὐτοῦ συγγραφέων τε καὶ ἱστορικῶν ὥσπερ ἀψύχους εἰσαγαγόντων τὰς συγγραφὰς καὶ ψιλῇ μόνῃ χρησαμένων διὰ παντὸς διηγήσει, προσώποις δὲ οὐ περιθέντων λόγους τινὰς οὐδὲ ποιησάντων δημηγορίας, ἀλλ' Ἡροδότου μὲν ἐπιχειρήσαντος, οὐ μὴν ἐξισχύσαντος — δι' ὀλίγων γὰρ ἐποίησε λόγων ὡς προσωποποιίας μᾶλλον ἤπερ δημηγορίας —, μόνος ὁ συγγραφεὺς ἐξεῦρέ τε δημηγορίας καὶ τελείως ἐποίησε μετὰ κεφαλαίων καὶ διαιρέσεως, ὥστε καὶ στάσει ὑποπίπτειν τὰς δημηγορίας· ὅπερ ἐστὶ λόγων τελείων εἰκών.* — 4, 15 *πλάγιοι δημηγορίαι* oppositae *συντόνοις στασιαζομέναις* eae habendae sunt, quae oratione obliqua producuntur; *ὀρθότης*

---

[1]) Cf. Scheller, De hellenistica historiae conscribendae arte; diss. Lips. 1911, p. 13. — Dox. II 199, 26—29 W.: cf. Sardiani commentarium.

autem *σχῆμα ἀφελείας* erat: Herm. *Π. ἰδ.* 225, 14 R.: *ἡ καθαρότης τῇ ἀφελείᾳ . . . κατὰ τὸ τῆς ὀρθότητος σχῆμα κεκοινώνηκεν.*

III_8 *Παραδείγματα* et *παραβολαί*, exempla et similitudines, passim apud rhetores coniuncta sunt; quatenus differant inter se, docent Auct. ad Her. IV 45, 59: „similitudo est oratio traducens ad rem quampiam aliquid ex re dispari simile. ea sumitur aut ornandi causa aut probandi aut apertius dicendi aut ante oculos ponendi“; IV 49, 62: „exemplum est alicuius facti aut dicti praeteriti cum certi auctoris nomine proposito. id sumitur isdem de causis, quibus similitudo“. Minucian. I 2 p. 342, 13 Sp.-H.: *τὰ μὲν παραδείγματα ἐξ ἱστορίας λαμβάνεται, αἱ παραβολαὶ δὲ ἄνευ ἱστορίας καὶ ἀορίστως ἐκ τῶν γινομένων.* Ruf. I 2 p. 405, 15: *παράδειγμα μὲν οὖν ἐστι γεγενημένου πράγματος ἀπομνημόνευσις πρὸς ὁμοίωσιν τοῦ ζητουμένου* (cf. Zeno apud Anon. Seg. § 156) . . . *παραβολὴ δέ ἐστιν ὄντος καὶ γινομένου πράγματος ἀπομνημόνευσις πρὸς ὁμοίωσιν τοῦ ζητουμένου.* Tryph. III 200, 31 Sp. Paulo aliter distinguit Apsines I 2 p. 279, 19 Sp.-H.: *ἡ μὲν παραβολὴ ἀπ' ἀψύχων ἢ ζῴων ἀλόγων λαμβάνεται . . . τὰ δὲ παραδείγματα ἐκ γεγονότων ἤδη λαμβάνεται προσώπων.* — Verbis *χώρα χώραν ἐξεικονίζει* quem Herodoti locum in animo habuerit Romanus, nescio. — Xenophontis verba 4, 18 afferuntur etiam a Demetrio De eloc. 89: *ἐπὰν μέντοι εἰκασίαν ποιῶμεν τὴν μεταφοράν . ., στοχαστέον τοῦ συντόμου καὶ τοῦ μηδὲν πλέον τοῦ ὥσπερ προτιθέναι, ἐπεί τοι ἀντ' εἰκασίας παραβολὴ ἔσται ποιητική, οἷον τὸ τοῦ Ξενοφῶντος κτλ.*; cf 274.

III_9 Cum Romani verbis 4, 20, quibus *ἦθος* postulatur, cf. Dion. Hal. Lys. 8 p. 15, 22 Us.-R.: *οὐκ ἐν τῇ περιόδῳ καὶ τοῖς ῥυθμοῖς, ἀλλ' ἐν τῇ διαλελυμένῃ λέξει γίνεται τὸ ἦθος.* De subl. 34, 2; Cic. Or. 37, 128; Ps.-Aristid. II 522, 16; 547, 25 Sp.; Demetr. De eloc. 229: *τάξει μέντοι λελύσθω μᾶλλον· γελοῖον γὰρ περιοδεύειν, ὥσπερ οὐκ ἐπιστολήν, ἀλλὰ δίκην γράφοντα,* coll. 227: *πλεῖστον δὲ ἐχέτω τὸ ἠθικὸν ἡ ἐπιστολή.* Huc referenda sunt vocabula coniuncta *ἀφελῶς, ἁπλῶς, ἠθικῶς, ἀνειμένως,* cf. p. XIV, omniaque illa apud progymnasmatum scriptores de *ἠθοποιίᾳ* praecepta, velut Aphth. II 45, 15. *γλυκύτητα* autem et *ἀφέλειαν*, quae in Romani arte quasi regnum obtinent, apud Hermogenem subici *ἤθει* videmus. Nec mirum, quod Menander quoque docet 411, 23 Sp.: *παραγίνεται δὲ χάρις καὶ ὥρα τῷ λόγῳ οὐκ ἐκ τῶν ἱστοριῶν μόνον καὶ ἐκ τοῦ διηγήματος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀφελείας καὶ ἐκ τῆς ἁπλότητος τοῦ ἤθους τοῦ λέγοντος*; cf. 388, 26; 391, 10. — Cum *ἤθει* saepe coniunguntur *γνῶμαι* neque paulum valere dicuntur ad *ἦθος* conficiendum, cf. Anon. Seg. 99: *ἡδεῖαν δὲ ποιήσεις τὴν διήγησιν, ἐὰν τοῖς οἰκείοις αὐτὴν ἤθεσι διαποικίλλῃς καὶ γνώμας ἀναμίξῃς.* Omnino apud sophistas recentiores *γνῶμαι* magna ute-

bantur auctoritate[1]); Herodoti *γνώμας*, quarum unam Romanus 4, 22 affert, laudat Theo II 91, 23 Sp.: *ὅταν μέντοι συνεχῶς ἐγκαταμιγνύῃ τις καὶ λανθάνῃ ταῦτα τὰ γνωμικά, ἐπίχαρίς πως ἡ διήγησις γίνεται ὡς παρὰ Ἡροδότῳ ἐν τῇ πρώτῃ.*

Ad Romani verba 4, 24 de *αἰνίγματι* cf. Tryph. III 193, 14 Sp.: III$_{10}$
αἴνιγμά ἐστι φράσις ἐπιτετηδευμένη κακοσχόλως εἰς ἀσάφειαν ἀποκρύπτουσα τὸ νοούμενον; cf Anon. III 209, 13 Sp. al. — 4, 26 Aristidis verba sunt: *νῦν δὲ ὥσπερ ὠδίνων καὶ περιβαλλόμενος κύκλῳ τὴν ἐπ' ἐκείνους ὁδὸν οὕτως ἐπιβούλως ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς λόγους φαίνεται.*

Quod sequitur *περὶ μεταφορικῆς λέξεως* caput aliquo modo III$_{11}$
cum iis, quae praecedunt, coniungitur, quod nimio *μεταφορικῆς λέξεως* usu *αἰνίγματα* fiunt; Aristot. poet. 22 p. 1458 a 23: *ἄν τις ἅπαντα τοιαῦτα ποιήσῃ, ἢ αἴνιγμα ἔσται ἢ βαρβαρισμός· ἂν μὲν οὖν ἐκ μεταφορῶν, αἴνιγμα κτλ.*; cf. Longin. I 2 p. 213, 5 Sp.-H.; Cic. De or. III 42, 167.

Cavendum, ne verbis 5, 9 *εὐστόχως ὑποκρίνεσθαι δεῖ* et 5, 11 III$_{12}$
ἐν γὰρ τῇ ὑποκρίσει adducti pronuntiationem in hoc capitulo tractari putemus. Romano ante oculos videtur fuisse locus Theonis Prog. II 60, 27 Sp.: *διὰ τοῦτο πρῶτον μὲν Ὅμηρον ἐπαινοῦμεν, ὅτι οἰκείους λόγους περιτέθεικεν ἑκάστῳ τῶν εἰσαγομένων προσώπων, τὸν δὲ Εὐριπίδην καταμεμφόμεθα, ὅτι παρὰ καιρὸν αὐτῷ Ἑκάβη φιλοσοφεῖ.* Nam et Homerus a Romano laudatur et Euripides vituperatur, quod Hecubam induxerit philosophantem. Theonis autem verba non ad pronuntiationem, sed ad *προσωποποιίαν* pertinent. *προσωποποιίαν*, quam Theo vocat, spectari aliis quoque locis apparet, qui cum Romani verbis consentiunt, velut 68, 21; 115, 27: *ἔπειτα δὲ ἤδη πειρᾶσθαι λόγους ἁρμόττοντας εἰπεῖν· πρέπουσι γὰρ δι' ἡλικίαν ἄλλοι ἄλλοις, πρεσβυτέρῳ καὶ νεωτέρῳ οὐχ οἱ αὐτοί ... καὶ διὰ φύσιν γυναικὶ καὶ ἀνδρὶ ἕτεροι λόγοι ἁρμόττοιεν ἄν, καὶ διὰ τύχην δούλῳ καὶ ἐλευθέρῳ, καὶ δι' ἐπιτήδευμα στρατιώτῃ καὶ γεωργῷ, κατὰ δὲ διάθεσιν ἐρῶντι καὶ σωφρονοῦντι, καὶ διὰ γένος ἕτεροι μὲν λόγοι τοῦ Λάκωνος «παῦροι καὶ λιγέες», ἕτεροι δὲ τοῦ Ἀττικοῦ ἀνδρὸς στωμύλοι*; cf. Ps.-Hermog. Prog. 21, 6 R.; Quint. XI 1, 31; Ps.-Dionys. Art. rhetor. II 1 p. 380, 3 Us.-R.: *Ἀθηναῖος ἢ Λάκων ἢ Βοιωτὸς ἢ Ἴων ἢ Σκύθης ἢ Θρᾷξ ἢ Κελτὸς ἢ ἀπὸ Ἰβηρίας ἢ Αἰγύπτιος ... δεῖ προσελθεῖν τούτοις καὶ ἡλικίαν.* Alcibiades (5, 9) *νέος* commemoratur apud Marcellinum Vit. Thuc. 51, *Ἀρχίδαμος* (5, 10) *σωφρονῶν* ab Aphthonio nominatur II 38, 2 Sp.[2]); in Herodoti autem libris artem in talibus conspicuam Hermogenes quoque spectat, cum dicat *Π.*

---

1) Norden, *Die antike Kunstprosa* I 408.

2) Doxapatris interpretatio II 444, 18—30 W. ex Ioannis Sardiani commentario petita est.

ἰδεῶν p. 408, 19 R.: *ἤθη δὲ καὶ πάθη προσώπων εἴπερ τις ἄλλος κάλλιστα καὶ ποιητικώτατα μεμίμηται, διὰ δὲ τούτων καὶ πλείονι τῷ μεγέθει πολλαχοῦ κέχρηται, ὡς ἔν τε ἄλλοις καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν κατὰ τοὺς Ξέρξου πρὸς Ἀρτάβαζον κἀκείνου πρὸς Ξέρξην περὶ τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων λόγους.* — Unde 5, 5 Euripidis, qui Herculem induxisset ebrium, vituperati exemplum sumptum sit, mihi non innotuit. — Id quod Theoni aliisque est *τὸ οἰκείους λόγους περιτιθέναι τοῖς προσώποις* cum Romanus verbis 5, 9 *εὐστόχως ὑποκρίνεσθαι* significet, facultatem sibi parat Demosthenis dictum celeberrimum[1]), quod revera ad pronuntiationem spectat, adiungendi 5, 11 *ἐν γὰρ τῇ ὑποκρίσει φησὶ* (i. e. aiunt) *τὴν ἀρετὴν ⟨εἶναι⟩*. — 5, 10 Ut Alcibiadis et Archidami exempla ex Thucydide sumpta sunt, ita Scythae et Xerxis ex Herodoto. Verba *τὸν δὲ ἀκτήμονα ὡς ἄπολιν* sine dubio spectant Herodoti IV 127: *ἡμῖν οὔτε ἄστεα οὔτε γῆ πεφυτευμένη ἔστι, τῶν πέρι δείσαντες μὴ ἁλῷ ἢ καρῇ ταχύτερον ἂν ὑμῖν συμμίσγοιμεν ἐς μάχην.*

III_{13} Romanus 5, 19 docet *τὰς καθαρὰς καὶ ἀφελεῖς λέξεις* eligendas esse; quas coniungit etiam Hermog. 328, 16 R.: *λέξις γε μὴν ἀφελὴς τὸ μὲν πλεῖστον ἡ αὐτή ἐστι τῇ καθαρᾷ.* Quod repudiat 5, 14 *ἰδικάς* et 5, 16 *οὐ πάσαις ταῖς ποιητικαῖς* utendum censet, comparandum cum Hermog. 229, 8: *καθαρὰ ἡ κοινὴ καὶ εἰς ἅπαντας ἥκουσα καὶ μὴ τετραμμένη* et Theon. II 81, 8 Sp.: *κατὰ δὲ τὴν λέξιν φυλακτέον τῷ σαφηνίζοντι τὰ ποιητικὰ ὀνόματα λέγειν καὶ πεποιημένα καὶ τροπικὰ καὶ ἀρχαῖα καὶ ξένα καὶ ὁμώνυμα*; quae Theonis verba pluribus quasi illustrat Doxapatres II 223 W. Exempla a Romano allata saepius inveniuntur, Thucydidis *κωλύμη*: Dion. Hal. epist. Thucyd. ad Amm. 3 p. 425 Us.-R.; Marcellin. Vit. Thuc. 52; Syrian. I 42, 17 R. *ἐπηλυγάζεσθαι* in Timaei lexico vocum Platonicarum p. 117 Ruhnken notatum est. *σάγαρις* in Photii lexico explicatur: *κοπὶς ἢ πέλεκυς.*

III_{14} 5, 22. De Herodoti historia secundum Musarum numerum novem libris divisa egit Aly, *Rheinisches Museum* 64, 593 a. 2, ubi de Sappho et Aeschine similia referuntur. — Numerus octonarius librorum Thucydidis 5, 23 ad *τοὺς ὀκτὼ πάλαι θεούς* refertur. Quos intellegat Romanus deos, a Theone Smyrnaeo docemur p. 104, 21 Hiller: *ἔνιοι δέ φασιν ὀκτὼ τοὺς πάντων κρατοῦντας εἶναι θεούς, ὡς καὶ ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ὅρκοις ἔστιν εὑρεῖν·*

«ναὶ μὴν ἀθανάτων γεννήτορας αἰὲν ἐόντων
πῦρ καὶ ὕδωρ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἠδὲ σελήνην
ἠέλιόν τε Φανῆ τε μέγαν καὶ νύκτα μέλαιναν.»

---

1) Cf. Athanasii Prolegomena *Rheinisches Museum* 64, 552 l. 8 (Theophrastum laudat auctorem l. 13). Philodemi Rhet. I 196, 3 S. Theon. II 104, 31 Sp. Longin. I 2 p. 195, 6 Sp.-H.

ἐν δὲ Αἰγυπτιακῇ στήλῃ φησὶν Εὔανδρος εὑρίσκεσθαι γραφὴν βασιλέως Κρόνου καὶ βασιλίσσης Ῥέας· «πρεσβύτατος βασιλεὺς πάντων Ὄσιρις θεοῖς ἀθανάτοις πνεύματι καὶ οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ καὶ πατρὶ τῶν ὄντων καὶ ἐσομένων Ἔρωτι μνημεῖα τῆς αὐτοῦ ἀρετῆς ⟨καὶ⟩ βίου συντάξεως.» Τιμόθεός φησι καὶ παροιμίαν εἶναι τὴν ʻπάντα ὀκτώʼ διὰ τὸ τοῦ κόσμου τὰς πάσας ὀκτὼ σφαίρας περὶ γῆν κυκλεῖσθαι, καθά φησι καὶ Ἐρατοσθένης·

«ὀκτὼ δὴ τάδε πάντα σὺν ἁρμονίῃσιν ἀρήρει,
ὀκτὼ δ' ἐν σφαίρῃσι κυλίνδετο κύκλῳ ἰόντα
. . . . ἐνάτην περὶ γαῖαν.»

cf. Lobeck, Aglaophamus 742 sq.

6, 3 μέλος Romanum pronuntiationem intellegere demonstrari III$_{15}$
videtur Orphei exemplo infra allato. Hanc enim ad dicendi artis partem sophistas operam contulisse notum est maximam. Ea autem ratione quo pervenerint, Rohde, *Der griechische Roman*², p. 336, exponit; neque enim aliud Romanus spectat nisi τὸ ᾄδειν sophistarum. Romanus in his quoque τὸ ἦθος servari vult, cum dicat 6, 5 εὐφυῶς τῇ τῶν πραγμάτων φύσει συμμεταβάλλεσθαι δεῖ τὰ μέλη; cf. Cic. Or. 55; Quint. I 10, 25, IX 4, 11; Rhet. lat. min. 580, 27 H.; Longin. I 2 p. 187 Sp.-H. Inde enim delectatio efficitur quam maxima; Cic. De or. II 8, 34: „qui actor imitanda quam orator suscipienda veritate iucundior?"; III 59, 223; Brut. 38, 142. Ad persuadendum redduntur animi audientium aptissimi; Longin. I 2 p. 190, 18 Sp.-H.: ταῦτα γάρ ἐστι τῆς πειθοῦς φάρμακα, θήρατρα χαρίτων καὶ μουσικῆς τῆς ἐπὶ τὸ πείθειν ἠσκημένης, cf. Roman. 6, 6: τοῦτο γὰρ ποιοῦσα τὸ παλαιὸν ἡ μουσικὴ νεκροὺς ἐγείρειν καὶ θηρία πείθειν καὶ ἀναισθήτοις ὁμιλεῖν ἴσχυσε δι' Ὀρφέως. Qua in re Orpheum principem fuisse etiam Eunapius in Vita Chrysanthii p. 501, 22 Dübn. tradit: ὥσπερ οὖν τὰ κάλλιστα καὶ γλυκύτερα τῶν μελῶν πρὸς πᾶσαν ἀκοὴν ἡμέρως καὶ πρᾴως καταρρεῖ καὶ διολισθαίνει καὶ μέχρι τῶν ἀλόγων διϊκνούμενα, καθάπερ φασὶ τὸν Ὀρφέα, οὕτω καὶ Χρυσανθίου λόγος πᾶσιν ἦν ἐναρμόνιος.

A Romano σύνταξιν hoc capite spectari ex exemplis, quae IV
sola affert ad rem illustrandam, facile perspicitur. — 6, 12 ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἀστασίαστον οὖσαν cur hoc loco afferat Romanus, scholiasta Thucydideus docet, quippe qui ad οὖσαν annotet: ἀντὶ τοῦ εἶναι. — 6, 13 τὸ πλῆθος βοῶσιν: verba ita coniuncta apud Thucydidem non leguntur; similia inveniuntur in Excerpt. Longin. I 2 p. 216 Sp.-H.: ὅτι πραγματικὴ σύνταξίς ἐστιν ἡ πρὸς τὸ σημαινόμενον τὴν ἀναφορὰν ἔχουσα, ἀλλ' οὐ πρὸς τοὺς χαρακτῆρας τῶν ὀνομάτων ἤγουν τῶν λέξεων, ὡς τὸ ʻἀπενέοντο ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶνʼ καὶ τὸ ʻὑμεῖς δ' ὁ δῆμοςʼ καὶ ʻἅπασα ἡ Ἑλλὰς ἐσιδηροφόρουνʼ; cf. etiam Longin. p. 192, 5.

— Thucydidis autem, cuius ex libris maximam exemplorum partem Romanum hic videmus sumpsisse, id maxime proprium fuisse constat[1]).

V Sicut capite IV *σχήματα*, ita hoc capite *ἐπιχειρήματα* Romanus solum exemplis illustrat ne uno quidem verbo addito praeter 7, 6. Quorum prima 6, 19—21 unde deprompta sint, cum non invenerim, quid sibi velint latet me. Annotavi Thucydidis Herodotique locos neque veri est dissimile in Xenophontis Platonisque libris reliqua inesse, cum ex his solis Romanus exempla sumpserit. Quantopere vero exempla a Romano allata mutata et contracta sint, vel ex loco Herodoteo IV 96, 2 intellegi potest: 7, 5 *εἰ δὲ δαίμων Σκύθαις, χαιρέτω*, cum re vera legatur apud Herodotum *εἴτ' ἐστὶ δαίμων τις Γέτῃσι οὗτος ἐπιχώριος, χαιρέτω*. Tamen quo Romani verba tendant, dubium non est: argumentandi ratio laxa atque facilis, quae *ἀνειμένῳ* conveniat, spectatur. Explicantur autem omnia optime Ps.-Aristidis verbis, qui *τοὺς δικανικοὺς καὶ ἀγωνιστικοὺς λόγους* postquam ab *ἀφελεῖ λόγῳ* separavit, pergit p. 539, 6 Sp.: *οὐ μὴν ἔν γε τῷ ἀφελεῖ λόγῳ ἁρμόζειν τοῦτο ἔμοιγε δοκεῖ, εἴ γε δεῖ ὡς ἂν μάλιστα ἀνεπιβούλευτον τὸν λόγον φαίνεσθαι καὶ ἁπλοῦν καὶ καθαρόν, καὶ Ξενοφῶν ἕκαστα τῶν νοημάτων ψιλὰ κατ' ἰδίαν τίθησιν, ὡς ἐν τῷ Ἀγησιλάῳ, αὐτὰ καθ' αὑτά, ὅθεν ἄν τις καὶ ἐρρῖφθαι νομίσειε τὰ νοήματα, οὐ μὴν ἔρριπταί γε, ἀλλ' ἔστι μὲν ἕκαστα ἐν ἐπιμελείᾳ προηγμένα, ἀφῃρημένα δὲ τῆς κατὰ λεπτὸν ἐξετάσεως καὶ προσθήκης καὶ μεταθέσεως καὶ ἐναλλαγῶν καὶ πάντων τῶν τοιούτων, καὶ ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα φαίνεται, ὅθεν καὶ διαστάσεις πολλαὶ καὶ συνεχεῖς καὶ ἀρχαὶ τῶν νοημάτων οὐχ ἡνωμέναι ἔτι, ἀλλ' ἀπηρτισμέναι· ἔτι δὲ ἄλλα καὶ ἄλλα μάλιστα φαίνεται τὰ λεγόμενα, καὶ οὐχ ὡς ὕφος ἐστὶ τὸ σύγγραμμα, ἀλλ' ὥσπερ κατὰ κόμμα λαλιῶν εἴδει συνηγμένον.* Iam ad *ἀφελῆ λόγον* et *λαλιάν* ab Aristide revocati sumus; ad *τερπνόν* autem haec referri vel Romani ipsius verba ostendunt 7, 6 *τὰ γὰρ τοιαῦτα ἐπιχειρήματα τερπνὰ φαίνεται.* Neque enim dissentit hoc cum iis, quae de *ἐναγωνίῳ συντάξει* egit Romanus fugienda 1, 19; cf. Menand. III 389, 12 Sp.

VI Si haec recte se habent, nihil aliud significare possunt nisi trimetros iambicos et hexametros dactylicos ex poetarum libris transferre *ἀνειμένῳ* convenire[2]). Hoc autem et *λαλιᾷ* vindica-

---

1) Norden, *Die antike Kunstprosa* 98.

2) *Στίχοι* sunt hexametri dactylici, cf. Hephaestionis ench. cum comm. vet. ed. Consbruch; ibi in indice s. v. *στίχος* affertur locus ad Romani verba explicanda maxime idoneus schol. Choerobosci 179, 17: *λέγεται μέτρον καὶ τὸ σύστημα τῶν ποδῶν, οἷον στίχος ἢ ἴαμβος, ὅθεν λέγομεν τήδε τὴν ῥαψῳδίαν πεντακόσια τυχὸν ἔχειν μέτρα, οἱονεὶ στίχους πεντακοσίους.*

tur a Menandro III 391, 31 Sp.: καὶ τὸ Ὁμηρικὸν ἐπιφωνήσεις; 393, 5; 14: καλὴ δὲ καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ποιημάτων αὐτῶν ἐπιφώνησις καὶ μνήμη· γλυκεῖς γάρ οἱ ἄνδρες καὶ ἡδονὴν ἐμποιῆσαι λόγων μάλιστα προσφορώτατοι, et γλυκύτητι tribuitur ab Hermogene 336, 15 R.: τὰς παραπλοκὰς τῶν ποιημάτων ἐν λόγῳ ἡδονὴν ἔχειν; cf. Syrian. I 78, 15 R.; Sic. VI 399—400 W.; Demetr. De eloc. 150; schol. ad Aristoph. nub. 400. Versu autem auditores delectari Auct. ad Her. dicit I 6, 10: „si defessi erint audiendo, ab aliqua re, quae risum movere possit, ab ... versu.. "; Cic. De or. II 64, 257: „saepe etiam versus facete interpositus, vel ut est vel paullulum immutatus, aut aliqua pars versus".

Paucis deinde verbis finem facit Romanus: praeter φύσιν VII
(naturam, ingenium) et σπουδήν (studium, exercitationem) necesse esse dicit ut habeat deorum donum is, qui velit κατορθοῦν ἀνειμένον. φύσιν et σπουδήν opus esse inde a sophistarum temporibus decantatur; cf. Protag. fr. 3 Diels, *Die Fragmente der Vorsokratiker* II[3] 229; Sheehan, De fide artis rhetoricae Isocrati tributae p. 19. Quodsi tertium affert Romanus ἄνωθεν δωρεάν, ante Neoplatonicorum aetatem haec scribi non potuerunt; cf. Longin. I 2 p. 200, 18 Sp.-H.: γένοιο δ' ἂν μνήμων διαίτης τρόπῳ σώφρονι καὶ φύσεως εὐτυχίᾳ καὶ θεῶν ἐπιπνοίᾳ καὶ φιλομαθίᾳ ἰδίᾳ καὶ φιλονεικίᾳ τοῦ μεμνῆσθαι θέλειν; Anon. VI 10, 15 W.: καὶ θείας ἐπιπνοίας χρῄζει ὁ ῥήτωρ. Consentiunt scriptores Christiani velut Michael Psellus De Gregorii theologi charactere, ed. Mayer, *Byzantinische Zeitschrift* 20 [1911] 48, 27: εἰ μὲν οὖν ὁ μέγας ἐκεῖνος ἀνήρ, ὥσπερ τὰς τῆς φιλοσοφίας ἀρχὰς ἄνωθεν εἴληφε ..., οὕτω δὴ καὶ τὸ τῶν λόγων κάλλος καὶ κράτος ἐκεῖθέν ποθεν ἀπορρήτως παρέσπασε κτλ. Cum verbis ἄνωθεν δωρεᾶς cf. Himerius ecl. 32, 2 p. 298 W. ὥσπερ ἔκ τινος ἄνωθεν νεύματος. — 7, 11 Eodem fere modo quo apud Romanum Δημοσθένους θρυαλλίδες, intellegenda sunt Libanii verba VIII 604, 12 Foerster (Demosthenes, ed. Fuhr, I p. 4, 2): ὅθεν καὶ Πυθέας σκώπτων ἔφη τοὺς λόγους τοῦ Δημοσθένους λύχνων ἀπόζειν, cf. Plut. Dem. 8.

Indices.

I.

II.